Antecessus, siue Antecessum. Dicitur id quod prius datur, ut post aliquid recipiatur, ἀντεχων. Seneca libro quarto de Benef. Vnde apud me istæ expensio, accipitiorum, rationes distinguuntur, Ego, quòd cui debeam scio, aliis post longam diem repono, aliis in antecessum est. Et alibi. Sed non ero difficilis, bene credi tibi scio: itaque in antecessum dabo.

Antecello, Idem est quod præcello, ἀντεχω. Ital. Auanzare, vincere. Hisp. sobrepasar à otro, adelantarse. Cicero pro Cornelio, Qui eloquentia ceteros antecellit. Idem Offic. 1. Omnes participes sumus rationis, præstant eiq; eius, quæ antecellimus bestiis.

Antecellens, oris, participium. ἀντεχω. Cicero pro Muræna, Quæ Carullū humanitate, sapientia, integritate antecellentem.

Antecœnium, Cibum qui ante cenam sumitur: vulgo Merenda, [τὸ μὲν ἄριστον. Ital. Merenda. Hisp. Merenda à comida ante de la cena] Apul lib. 2. Prius gladiatoris Veneris antecœnia.

Antecursor, Qui præcurrit ab Ante, & Cursor [ἀντεχων. Ital. Chi corre innanzi, s'uffire. Hisp. Corredor, à auanzar del campo] Calat. 1. Bell. Civil. Ibi cum antecursoribus Cæsaris prælio commisso. Idem 3. Bell. Gall. Hora circiter tertia ab antecursoribus, de Crassi aduentu certior factus.

Antedico, siue, Prædicere [ἀντεχων. Ital. Indovinare. Hisp. Decir delante] Cic. 2. de Divin. Hæc qui antediciunt, quæ rationem sequuntur, vides.

Anteco, tam datiuo, quàm accusatiuo iungitur: & significat ante vado, præcello [ἀντεχω. Ital. Andare innanzi. Hisp. Ir delante] Cic. 2. Offic. Barbarum districto gladio iubeat antere. Plautus in Amphitryone, Virtus omnibus rebus ante. Cic. Offic. lib. 2. Ceteros virtute antecunt. Sallust. in Jug. Et quum omnis gloria anteciret, omnibus tam men charus erat.

Ante expectatum, siue Antexpectatum, vna dictione (ut Servio placet in illud Virgilii, Antexpectatum possitis stat in agmine castris) ponitur pro aduerbio temporis, & idem est quod Ante vel citius, quàm expectabatur. ἀντὶ τῆς ἀποδοχῆς, ἢ ἀπὸ τοῦ ἀποδοχῆς.

Antefero, pen. corr. Antepono [ἀντετίθημι. Ital. Anteporre. Hisp. Poner delante] Cicero Cecinaz, Quum vel iniquissimam pacem iustissimo bello anteferrem.

Antelatus, participium. ἀντελαττός, ἀντελάττω. Cice. de Proving. Conf. Quæ ipse ceteris omnibus esset omni honore antelatus. [Anteferendo. Horatius 2. Epist. Te nostris ducibus, te Graiis anteferendo.

Antefixa, Dicitur quæ ex opere figulino sub tectis affiguntur sub stillidicio. Festus.

Antegenitus, Priore loco genitus [ἀντεγεννητός. Ital. Primogenito. Hisp. Primero engendrado] Hinc antegenitalis, adiectiuum. Plin. lib. 7. cap. 55. At quanto facilius certiusq; sibi quæq; credere, ac specimen securitatis antegenitali sumere experimento?

Antegredior, Ante vado [ἀντεχω. Ital. Andare innanzi. Hisp. Andar delante] Cic. 1. Offic. Quæquid est quod deceat, id tum appareat, quum antegressa est honestas. Idem de Nat. deor. Lucifer Lacine dicitur, quum antegredior solem.

Antehabeo, Idem est quod Præfero [ἀντεχω. Ital. Anteporre. Hisp. Poner delante] sicut contra Post habeo, postpono. Tacitus lib. 4. Ne diuulgata atq; incredibilia auidè acceptaueris, neq; in mixculum correptis, antehabes.

Antehac, Non modò significat Ante hoc tempus [ἀντὶ τῆς. Ital. Per adietro, pel pasado. Hisp. Adelante] Terentius in And. Nam quod antehac feci, nihil ad me attinet, id est Ante hoc tempus, siue hæcenus, vel usq; modò, sed etiam, Ante illud tempus: sicut Post hac non tantum post hæc, verum etiam post illud tempus. Sallustius, Sic erat accensa libidine, ut sæpius peteret viros, quàm peteretur. Sed ex Expe antehac fidem prodiderat, id est Ante illud tempus.

Anteloquor, Prius loquor [ἀντελογέομαι. Ital. Parlar innanzi. Hisp. Hablar delante] à quo Anteloquium, ἄντελογος, prius in dicendo locus, siue prior loquutio. Macrobius, Huic assenti omnes, Prætextato anteloquium detulerunt.

Antelucanus, a, um, Quod est ante lucem [ἀντελुकων, ἀντελुकων. Ital. Nanti giorno. Hisp. Ante dela luz, del dia] Cic. M. Catoni, Ex antelucano tempore usq; ad horam diei decimam magna multitudo hostium occisa. Sic & Antelucanæ cœnæ. [Antelucani factus, ἀντελुकων ἑσπερος, Venti sunt dilectio stantes, verno præterit tempore, sole autem in ianuascence cadentes. Oriuntur ex vicinis fluminibus, aut conualibus, aut ex sinu aliquo, neque ultra terræ conspectum feruntur.

Anteluco, as, siue Antelucor, pen. prod. Significat ante lucem vigilio, ἀντελुकω. Ital. Veggiare nanti giorno. Hisp. Madrugar antes dela luz.

Antelucio, Et Anteluculo aduerbium, quasi ante lucem [ἀντελुकω. Ital. Nanti giorno. Hisp. Delante el luz] Apul. lib. 1. Optimum itaq; factu visum est, anteluculo furtim euadere.

Antemeridianus, [ἀντεμεριδιανός. Ital. Nanti mezzo di. Hisp. Cosa antes del medio dia] ab ante, & Meridies, Quod est, vel sit ante meridiem. Plin. lib. 36. cap. 15. Antemeridiano Ludorum spectaculo edito. Cice. Art. lib. 3. Antemeridianis tuis literis heri statim referpsi.

A N T E M A Z, ἀντιμαζ, cum m, ante n, Verbs Sabinorum, quasi ante am nem dicta, quòd eam amnis præterfluat, de qua Virgil. lib. 7. Antemæ Tegmina tuta cauant capitum.

A N T E M V, ἀντιμυ, Flauus est Colchidis, Coraxos urbem præterfluens, Plin. lib. 6. cap. 5.

Antenna, [ἀντενα. Ital. Antenna. Hisp. Antena de la nao] per duplex nn, Lignum per transfuersum in malo positum, in quo velum alligatur, & circuntenendo dicta. Plin. lib. 1. Non antennis solum, verum ipsa nauis concorta frangens. Virgil. 3. Aen. Cornua velatarum obuertimus antenarum.

A N T E N O R, ἀντινορ, Troianus fuit, patriam prodidisse existimatus: quia & legatos, qui ad repetendam Helenam venerant, suscepit hospitio, & Vlysem intra mœnia dissimulato habitu cognitum non indicauit. Capta Troia, adiunctis sibi Henetis & Paphlagonibus, in initium maris Adriatici sinum sese contulit, ibiq; urbem condidit non procul à mari, quàm de nomine suo Antenorium appellauit. Postea Patavium dictum est, & hodie Padua. De hoc Virg. 1. Aen. Antenor potuit me diis clapsus Achiuis, Illyricos penetrare sinus. Et paulo post, Hic tamē ille urbem Patavi, sedesq; locauit Teucrorū. Et Livius meminit in principio primi libri.

Ante oculos, [ἀντὶ ὀφθαλμῶν. Nanti à gli occhi] Minus est, quàm Coram. Nam Coram proximitatem significat. Ante oculos potest etiam de remotiore loco intelligi, modò extra conspectum non sit. Terent. in Eunuch. Quæ mihi ante oculos amatorum coram adduxit tuum.

Antepagmenta, Sunt valuarū ornamenta, quòd ante valuas appingantur, id est affigantur: vel quòd appingantur auri, seu valuis. [ἀντεπυγμῆναι. Ital. V'sali. Hisp. Chahbran de la puerta] Cato cap. 14. Fullonica vna, antepagmenta, vasa, torcula duo.

Antepilani, In Romana militia secundæ aciei milites erant, scutari omnes, robustiorisq; ætatis, qui, quòd ferè ex optimatibus essent, & armis maximè insignes, etiam principes sunt appellati. Dicti autem sunt Antepilani, quòd ante Pilanos, hoc est ante Triarios, qui pilis pugnant, prælium capesserent. Ita enim apud Romanos, teste Livio, acies instructæ batur, ut primo loco hostes aggrederentur manipuli hastatorum ex flore iuuenum pubescentium collecti: qui si hostem propulsare non possent, sensim retrocedentes à principibus (scutatis, quos Antepilanos vocari diximus, in intervalla ordinum recipiebant: principibusq; in eorum locum succedebant: hastati autem post eos subibquebantur. Si à principibus quoq; non satis feliciter esset pugnatum, à prima acie ad Triarios paulatim referebantur, vnoq; facto agmine, iam nulla spe post se relicta, vna omnes in hostem procedebant. Ex his itaq; Triarii, qui nouissimi prælium inibant, Pilani dicti sunt, quòd pilis præcipue in bello vererentur. Erat autem Pilum reli genus longū pedes quinq; & semis, Romanis familiare: quemadmodum Sarrissa Macedonibus, & Gesta Gallis. Principes verò scutari, qui ante hos in acie consistebant,

conflabant, Antepilani dicti sunt. Hæc ferè Liu. libr. 8. ab Vrb. cond. Antepono, nis, Proprie est, appono, vel autè aliqùe pono [*antepono* Ital. *Anteporre*. Hisp. *Poner delante*] Plautus in Cureul. Quid antepones Veneri à ientaculo? Sæpe etiam accipitur pro Præferre. *antepone*. Cicero in Lælio, Vt amicitiam omnibus rebus anteponat.

Anterius, Antehac vel prius [*anterius* Ital. *Prima*] Fit enim ab antè sicut à Post, Posterius; & à Sub, Subterius, quo vltus est Boethius. Sido. ad Domitium, Quænam potissimum antèrius caulibus nostris culina fumaret.

Antermini, Qui circum terminos provinciarum habitant. Festus. *Antermini*.

Anteros, *Anteros*, Veneris est & Martis filius; cuius meminit Cicero lib. 3. de Nat. deorum.

Anterotes, *Anterotes*, Gemmae sunt ex generibus amethysti: de quibus Plin. lib. 37. cap. 9.

Antes, *Antes*, Mons est Achæie, non preceus ab Argis. Plin. lib. 4. cap. 5.

Antes, Nomen ab Ante deductum, quo significatur eminentes lapides, siue vltimæ columnæ quadratæ, quibus sustinetur fabrica [*antes* Ital. *capitello*, Hisp. *el capitel*] Hinc dicti videntur Antiani magistratus in vrbibus, qui semestrem magistratum exercent: qui, velut antes columnæ, totius vrbis onera sibi incumbencia sustinent. Antes etiam dicuntur primi ordinis vitium sic dicti, quod antecessent, & se primos offerant. Virg. lib. 4. Georg. Iam canit extremos effectus visitor antes.

Antesignanus, signorum, hoc est vexillorū propugnator, siue defensor. [*Antesignanus* Ital. *Capitano di bandiera*, Confaloniere, Hisp. *Alferez*] Nam signum pro vexillo militari ponitur. Liu. lib. 4. Signa nunc resistentia deferuntur ab antesignanis, nunc inter suos manipulos recipiuntur. Signifer est, qui vexillum fert. Linus ibidem, Ite primo statim prælio, quum Dictator equitatu immisso antesignanos hostium turbaret, legionum inde signa inferri propere iussit, signiferumque ex suis vnum cunctantem occidit.

Antello, as, Cum dativo constructur, significatq; antecello [*antello* Ital. *stare innanzi*, Hisp. *estar delante*] Cæ de Inuent. Omnibus corporū viribus antecellerunt. Gell. lib. 9. Qui & viribus & magnitudine, & ad lecentia, simulque virtute ceteris antestabat, id est antecellebat. Sed hoc per translationem: nam propriè significat sicut sonat. Vnde Antilles, & Antillæ, de quibus infra.

Antestor, aris, teste Budæo, Vetus est Turiseonfultorum verbum, significans accipere in testem. Apud veteres enim qui aduersarium in ius pertrahere volebat, prius aliquem de præsentibus antestabat, hoc est antestabatur, vel testem capiebat, eius attingens auriculam, & sic intro gans, Licetne antestari illo autem respondente, Licetum iniecta manu aduersarium in iudicium rapiebat. Solos autem liberos antestari fas erat: ferui autem testes esse non poterat. Ad hoc alludit Horat. lib. 1. Sermonum Sat. 9. quum ait, quod tu turpillime magna Exclamat voce, & licet antestari ego vetò Oppono auriculam; rapit in ius. Hanc etiam iuris solennitatem elegantissime depingit Plautus in Persa, Age (inquit ibi Saurio) ambula in ius leno. *do x r*. Quid me in ius vocas? *s a r*. Illic dicam apud Prætoris: sed ego in ius voco. *do x r*. Nōne antestaris? *s a r*. Tuā ego causa carnifex cuiquam mortali libero aures attuleram? Vnde autem antestantes testium aures apprehendamus, docet Plin. lib. 11. cap. 45. Est (inquit) in aure ima memoriæ locus, quam tangentes antestantur.

Anteuulsi, Præuenio [*Anteuulsi* Ital. *Venire innanzi*, Hisp. *Venir delante*] Sall. in Iug. Ac per trames et ceculos exercitum Metelli anteuulsi. Plautus in Trin. datiuo iunxit, pro Coram, siue obuiam venio: Tempori huic hodie anteuulsi.

Anteuulsi, Præuenio, præuenio, anticipo [*Anteuulsi* Ital. *Anticipare, trapassare chi camina*, Hisp. *Prevenir à anticipar*] Cic. in Lælio, Idipsum quam tecum agere conarer, Fannius anteuulsi, id est præuenit.

Anteuulo, as, *Anteuulo*, Virgil. 9. Aeneid. Anteuolans tardum præcellerat agmen.

Anteuor, ta, Dea est Romanorum, quod futura prospiceret.

Anteuurbanus, a, um, Quod est vrbis propinquū [*Anteuurbanus* Ital. *Propinquo alla città*] Vnde Anteuurbana prædia dicuntur, vrbis propinqua. Festus.

Antexpectatum, Vide *Ante expectatum*.

Anthaliū, *Anthaliū*, Malum est rotundum, magnitudine mespili, in locis Aegypti arenosis nascens, non procul à Nilo, quod bellariorum vicem in scidis mentis apud Aegyptios obtinet. Vide Plin. lib. 20. ca. 15. Theophrastus Anthali malum vocat, ab Anthalo planta, in qua nascitur, quam Plinius cypri folia habere tradit.

Anthana, *Anthana*, Stephano, Vrbis est Laconica, ita dicta ab Anthè Neptuni filia, vt ex Philosphani sententia tradit Stephanus.

Antharus, Rex Longobardorū Theolinda maritus, quos sex regnasset annos, infidus domesticorum apud Ticinum extinctus est venenato populo. Autor Paulus Diaconus de rebus gestis Longobardorum.

Anthedon, pen. prod. *Anthedon*, Mespili arboris genus, pomum ferens minus ceteris, sed odore præstantius, & quod diutius seruetur. Flos amygdalæ flori similis, folium magna ex parte fissum, quod antequam decidat, valde rubescit. Non fuit in Italia hæc arbor Catonis tempore. Vide Plin. lib. 15. cap. 20.

Anthe domus, *Anthe domus*, Vrbis est Bæotia, habitata quondam Thracibus, de qua Pomponius & Strabo lib. 9. Nomen habet (vt Stephanus existimat) ab Anthedone Neptuni pronepote, aut certe, *Anthe domus* *Anthe domus*, hoc est quod omnium floridissima sit. Sita est in extremo litore Bæotia, è regione Eubœæ insula. Vnde Homerus *Anthe domus* *Anthe domus*, hoc est vltimam vel extremam Anthedonem appellat.

Anthe domus, *Anthe domus*, Vrbis Troianus, Simoij pater. Autor Homerus lib. Iliad. 4. De Simoio, vide suo loco.

Anthe domus, *Anthe domus*, Insula est Thraciæ adiacens, quæ & Imbrasiū aliqùo vocata fuit, & Parchenia à Parchenio fluuiio: minori nomine Sæmothrace appellatur. Strabo lib. 10.

Anthemis, *Anthemis*, Herba est fœniculi folio: quam nonnulli Leucanthemida, alij Leucanthemum, nonnulli Melanthemon vocant. Hanc medicos recentiores barbarè *Camomilla* vocant. Ruellius lib. 3. cap. 68. & Plin. lib. 22. cap. 11.

Antemysia, *Antemysia*, Oppidum est Mesopotamiz, ad Aboram flumen situm. Strabo lib. 16.

Anthericeum, *Anthericeum*, Balsami genus tenui & capillacea coma. Anthericæ enim Aristæ dicuntur.

Anthericus, *Anthericus*, Scapus est, siue caulis Asphodeli herbarum: quam Hæstulæ regiam quidam hodie appellant. Vide Plin. lib. 21. cap. 22.

Anthias, *Anthias*, Piceis nomen est, qui circa Chelidonias Afiz insulas capitiuentius naturam vide apud Plin. lib. 9. cap. 59.

Antheus, *Antheus*, cum h, Antenoris filius, fuit, quem Paris amauit, & imprudens interfecit. Quo nomine etiam dictus est vnus ex Aeneæ duobus: de quo Virgilius, Anthæ Sergestumque vocat.

Anthia, *Anthia*, Vrbis fuit propinqua Pylo, sub ditione Agamemnonis, vna earum quas ille Achilli obtulit, vt eum in gratiam rediret: vt scribit Homerus lib. Iliad. 9.

Anthinum mel, *Anthinum mel*, vocatur, quod Vere factum est, quoniam ex floribus faui construuntur, quos Græci *Anthinum* appellant. Mel verò æstiuū vocatur *Anthinum*, quod Græci omnes fructus æstiuos nominant: *Anthinum*, quoniam id tempus per excellentiam Horam vocant.

Anthium, *Anthium*, Oppidum Thraciæ, de quo sic Plinius in Thraciæ descriptione, Astice regio, inquit, oppidum habuit Anthium, nunc est Apollonia.

Anthium, *Anthium*, Fuit Amulij Albanorum regis filia.

Antho, *Antho*, Nomen est propriū viri de quo Virg. lib. 10. Aen. Egregiū Anthoem latus inter & filia hgit, Hæc latus Anthorem comitem.

Anthos, *Anthos*, Vnus ex filijs Nestoris est: & Latine filius interpretatur. Hinc carduelis Anthus dicitur, quod flore pascatur. Vide *Anthos*.

Anthrax, *Anthrax*, Ital. *Carbone carbonchio*, Hisp. *Carbon*] Latine *carbo*. Est & anthrax, gemmæ nomen, ptenolissimæ, rubræ & traspuceidæ: ita dicta ab igniti carbonis similitudine: vnde & à Latinis Carboneolus dicitur. Hoc præterea nomine medici vocant vlcetis genus (teste Galeno lib. 6. de Composit. medic. secundum genera) celeriter crustam faciens, cum vehementi totius circumstantis particule inflammatione.

Anthracites, *Anthracites*, Gemmae est, in qua veluti scintillæ ignis discurrentes videntur. Plin. lib. 37. cap. 7.

Anthracinus, *Anthracinus*, Color niger, à carbone, quod carboni similis sit: siue quod huiusmodi color fiat ex tritis in mortario carbonibus. Varro de Vir. past. Propinquæ adolecentulæ, etiam anthracinis, proximo amiculo nigello, capillo demisso sequuntur lectum.

Anthracium, *Anthracium*, Herba est scandici ad eam similit, vt eadè videri possit, nifi tenuioribus & odoratoribus folijs ab ea distingueretur. Peculiaris eius laus est, quod fatigato venere corpori succentrat, iamque senio marcescentes coitus exciet, & alba seminarum siliat probuia. De hac Plin. lib. 10. cap. 15.

Anthropographus, *Anthropographus*, Dictus est Dionysius, quod nihil aliud quam homines pinxerit. Plin. lib. 35. cap. 10.

Anthropomorphon, *Anthropomorphon*, à Pythagora dicta est herba quædam somnifera, quam alio nomine Mandragoram appellamus: ab humana nimirum forma imposito nomine, quam radix eius viciuque videtur imitari.

Anthropophaga, *Anthropophaga*, Populi Seychix, qui humana carne vescuntur. Hi populi sunt ad Orientem ac Septentrionem Maissæ vicini, circa quos tristissima solitudo, & mare, quod Thabin vocant. Vide Plin. lib. 4. cap. 12. & lib. 6. cap. 30. & Gellium.

Anthropomorphitæ, *Anthropomorphitæ*, Dicti sunt, qui simplicitate rusticæ, Deum *Anthropomorphitæ* esse, hoc est humanam formam, & membra habere arbitrabantur. Vnde & Anthropomorphitæ hæretici.

Anthus, *Anthus*, Auis est, quæ aduentu equorū hæcæ pabulo pulsa, vt iniuriam vilesatur, hincitum irridendo imitatur. Plin. lib. 10. cap. 42.

Antia, *Antia*, Aegypti vrbis est, auctore Herodoto, lib. 1. quæ reginæ in calcamenta dabatur.

Antipophora, *Antipophora*, Figura est apud Rhetores, quæ Quintilianus Subdictionem vocat, quum tacite aduersariorum obiectioni occurrimus, eorumque nobis dicta, sententiasque proponimus, in hoc tantum, vt illis respondamus. De hac Iul. Rufinianus lib. 2.

Anthyllion, *Anthyllion*, Herba est lenti similis, quæ in vino pota, velsicam viciis liberat, & sanguinem sistit. Plin. lib. 26. cap. 3.

Anthyllis, *Anthyllis*, Herba est chamæpityos similitudine, flore purpureo, graui odore, radice iutu. Plin. lib. 26. cap. 8.

Antia, *Antia*, Vxor fuit Proci Argiutorum regis, Abantis filij.

Antia lex, Dicebatur quam Antius Restio tulit: quæ licet optima esset, luxurie tamen obstinatione nullo abrogante obliterata est: propter quod Restionem ipsum tradunt, quandiu postea vixit, foris non ecessasse, ne legem à se latam contemnere videretur. Vide Macrobius lib. 3. cap. 17.

Antia, Sunt muliebres capilli, in fronte demissi, quod ante faciē fieri fiat, *Antia* Ital. *Capelli de donne*, Hisp. *Capete de los cabellos*.

Antiadæ, *Antiadæ*, à Paulo Aegineta dicuntur tonsillæ, quæ in tumorem obduerunt, cibi, potusque, & spiritus viam præcludentes.

Antia, *Antia*, Dicti sunt populi Italici, qui Antio vrbem Latij maritimam incolabant. Apud hos fuit insigne Fortunæ templū, quam Antiam Fortunam vocauerit. Horat. lib. 1. Carm. O diua, gratum quæ regis Antium. Antiaties plurimum classe valebant: cuius rei indicio id esse potest, quod delecto à Romanis Antio, rostra nauium in foro Antia nomen fecerunt loco, vnde ad populū concio haberi solet. Vide Titum Livium, 1. Dec. lib. 6.

Antibacchius, *Antibacchius*, Ipes Bacchio contrarius. Constat ex duabus longie & vltima breui: vt, Natura.

Antia, *Antia*, Insula fuit in sinu Aethiopico, Bacchiis opposita, quarum meminit Plin. lib. 6. cap. 29.

Antica, Vide in dictione *Positica*.

Anticantharus, *Anticantharus*, à quibusdam appellatur flos, quem Romanij Lilium agreste vocant.

Anticantus, Vide *Anticantus*.

Anticategoria, *Anticategoria*, Latine dici potest Recriminatio, siue mutua accusatio: & est genus controuersiarum iudicialis. Quint. lib. 3. ca. 12. Adiecerunt

Adiecerunt quidam numero mutuum accusationem quæ ἀντιγραφία vocatur.

Anticatones, ἀντικατῶνες. Dicitur sunt duo libri, quos Cæsar contra Catonem scripsit. Sueton. Reliquæ de Analogia duos libros, & Anticatones totidem. Iuven. Sat. 6. quæ pſalteria penem. Maiorem quàm sint duo Cæsari. Inculcrit. Nomen est compolitum ex Græco & Latino. Nam (ut Quintilianus inquit) ex peregrino & nostro componuntur dictiones. Vt, Epitogium, & Anticato.

Anticidium, Herba est lentissima, quæ & Anthyllion dicitur. Plin. lib. 22. cap. 29.

Antichthoniæ, ἀντιχθονίαι. Populi qui habitant in Zona hyemali. Hor. Martianus sciungit ab Antæcis & Antipodibus, qui Zonam nobis adversam & contra pedes nostros; habitant. Pomponius tamen videtur Antichthonem pro Antipodibus accipere.

Anticipo, ἀντιπῶ. Anticipatio. [ἀντιπῶν τὸ λαμβάνειν, ἀντιπῶν τὸ λαμβάνειν. Ital. Anticipare. Hisp. Venir delante.] Virgil. in Rosis, Strictior coos præcelsat aura iugales, Aestium suadens anticipare diem. Cicero Act. Quid igitur proficis, qui anticipas eius rei molestiam, quam tri-duo sciturus sis?

Anticipatio, onis, verbale, ἀντιπῶσις. Cic. 2. de Nat. Deor. Quæ est enim gēs, aut quod genus hominum, quod non habeat sine doctrina anticipatiōnem quandam decorum, quam appellat ἀντιπῶσις Epicurus?

Anticitæ, ἀντικίται, pen. corr. Amnis Sarmatiz Asiaticæ, non procul à Rhombite minore in Mazecim inueniens. Strabo lib. 11.

Anticyra, ἀντικύρα, pen. prod. ἀντικύρα. Fuit mater Vlyssis, quæ quum duceretur ad Lærtæ nuptias, ab Sisypho latrone, Aëoli filio, capitur & adulteratur. Alij dicunt quum Lærtæ iam nupsisset, & ad oraculum pergeret consultura, captam à Sisypho latrone, & vt multi putant, ex eo Vlysses conceptus. Quod Ajax apud Ovidium 13. Metamor. vitio vertit Vlyssis, & sanguine cretus Sisyphio.

Anticyra, ἀντικύρα, pen. corr. Mons Lyciz, Crago oppositus teste Strabone lib. 14.

Anticyra, ἀντικύρα, pen. corr. Insula ad sinum adiacens Maleacum, & Oetam montem, cuius meminit Strabo lib. 9. vbi autore Plinio, helleborum tuiſſimè sumitur. Ouid. lib. 4. de Pont. 1. bibe, dixisse, purgans pectora succos. Quicquid & in tota nascitur Anticyra. Vnde quoties insanum hominem significare volumus, Anticyra egere dicimus. Horatius, Si tribus Anticyris caput insanabile, nūquam Tonſori Licino commiserit. Est & Anticyra ciuitas: iuxta Cyrrham in Phœcie regione, in Corinthium conuersa sinum, ab Anticyreo quodam, Herculis ætate: Cappariſſus ab Homero dicta. Hanc alij Anticyrrham appellant, duplicato r. Videtur enim inde nomen accepisse, quod sita sit in promontorio in mare excurrente, è regione Cyrrhæ.

Anticyricon, ἀντικύριον, Sefamoidis herbe species, similis Erigeronti, quæ in Anticyra insula crescit.

Antidora, pen. prod. ἀντιδώρα. Ital. Rimunerazione, quid dedit. Hisp. Galar-don] sunt remunerationes, aut quæ à nobis pro acceptis muneribus redduntur. Vlp. citul. de pec. li. red. Planè si antidora acceperunt, dicendum est eatenus locupletiores factos, quatenus acceperunt, velut genus quoddam hoc esse permutationis.

Antidosis, pen. corr. ἀντιδῶσις. Latine retributio: significat enim quicquid ex aduerso datur, ab ἀντιδῶσις retribuo.

Antidotum, pen. corr. ἀντιδοῦν. Ital. Rimedio contra i veneno. Hisp. Medicina contra ponpon] Remedium, siue medicamentum quod contra venena datur. Nam & ipsa antidora ferè venena sunt: vt sic antidotum, quasi venenum datum contra venenum, ἰσὶ ἀντὶ τοῦ δίδωμι, id est Contra & Do. nam contraria contrariis curantur. Quin. lib. 7. Tyrannus suspensus à medico suo datur sibi venenum, totum eum. Ex quo id dedisse se negaret, accersit alterum medicum. Ille datum ei venenum dixit, sed se antidotum daturum. Dicitur & Antidotus, generis feminina. Gell. lib. 14. Huius regis antidorus celebratissima, quæ Mithridatis vocatur.

Antipater, pen. corr. ἀντίπατρος. Nomen pueri rusticici, apud Virgilium in Daphnide, Aetna fume pedum quod, me quum sepe rogaret, Non tulit Antipater.

Antipater, ἀντίπατρος, Autore Suida, Thebanus musæus, tibicen, Philoxeni discipulus, qui primus calcæarum Mithæis lasciuioribus vsus fuisse dicitur. Huius meminit Plin. lib. 16. cap. 36. Hic etiam, vt autor est Cicero in Bruto, discipulo frigidus ad populum ait, Mihi cane & Musis. De eo vide Gell. lib. 1. cap. 17. & Valer. lib. 3. cap. 7.

Antipater, Veteres pro Valde, & pro Statim viebantur, quasi antequam res gereretur. Festus.

Antipater, ἀντίπατρος, Oedipodis Thebanorum regis filia, quæ patri exeo à Creonte in exilium acta, se viæ ducent præbuit: fratribusq; suis Poly-nicti & Eteochi muræ exde interemptis, contra Creontis edictum, sune bre officium præstitit: ob quam pietatem postea vnâ cum Argia Poly-nicti, coniuge iussu tyranni est interfecta. Hæmon quoq; nobilis adolescens, qui mucro eius amore tenebatur, sua se manu ad tumultum eius iugulauit. Fuit etiam hoc nomine vna filiarum Priami, quam quum formæ suæ fiducia nimis arrogantem reddidisset à Iuno in ciconiam mutata est. Vide Ouid. lib. 6. Metam.

Antigonæ, ἀντιγονία. Oppidum Troadis, Romanorum colonia, quæ & Troas, & Alexandria dicta est. Plin. lib. 5. ca. 33. & Strabo lib. 13. Est præterea eiusdem nominis oppidum in Accadia, non procul à Tegea. Plin. lib. 4. cap. 6.

Antigonæ, ἀντιγονία, pen. corr. Nomen proprium regis Macedonum, qui ob multa sua in Græcos beneficia Euergetes est dictus. Nam quum Cleonem Macedoniorum regem praelio vicisset, Spartamq; cepisset, militem victorem ab omni iniuria continuit, pristinamq; ciuitati libertatem restituit.

Antigraphus, ἀντιγραφός. Dicitur, cui id muneris iniunctum est, vt obſeruet pecuniam, quam in vsu principis, vel ciuitatis collegerunt exactores. Cuius lingua ἀντιγραφῶν vocant: nos Antigraphum appellare possumus. Hos Cicero Custodes appellat, in oratione pro rege Agriæ contra Rullum, & de Reditu suo. Et Vlpian. lib. 3. de

administ. tutor. Budæus in Annotationibus.

Antigraphum, ἀντιγραφον. Dicebatur Antigraphorum nota, siue diuersum exemplar.

Antilena, ἀντιλήνη. Ital. Perforale. Hisp. Perforal comun de bestias] Quæ pectus iumentis cingitur: siue Postilena, quæ sub cauda ponitur.

Antilepsis, ἀντιληψις. Græci dicunt, quam Latini intercessionem, vel intercessionem nominant.

Antilibanus, ἀντιλήβανος. Mons est Libano oppositus, non procul à Sidonio mari incipiens, & ad montes Arabiz delinens, qui sunt supra Damascum. Vide Strabonem lib. 16.

Antilocheus, ἀντιλήκως, pen. corr. Nestoris filius maior natu, quem in bello Troiano Memnon Aurora filius interemit. Vnde patris precibus motus Achilles Memnonem occidit. Ouidius autem vult ab Heclore fuisse occisum Antilechum. Ita enim ait in Epistola Penelope, Siue qui. Antiochum narrabat ab Heclore casum, Antiochus nostri: causa timoris erat.

Antilogia, ἀντιλογία. Dicitur potest contradictio, refutatio, vel quasi contrarietas orationis.

Antimachus, ἀντιμάχος. Colophonius poëta Græcus. Is quum poëma quoddam obscurum in auditorio recitaret, arguunt, præter Platonem, quod nimis illud intelligeret, discessissent, Plato, Mihi, inquit, pro omnibus. Hæc Cicero. De eodem Plutarchus in Lysandro. Hic aggreſſu belli Thebani materiam, vigesimo quartum volumen impleuit, antequam duces Thebas vsq; perduceret. Antimachus quoq; alios duos Syndas ponit, alterum Aegyptium, patria Hircopolitanum, qui Cosmopyriam heroico carmine conscripsit: alterum poëtam Melicum cognomento Pſecam. Fuit item præter hoc etiam alius Antimachus Troianus, qui donis Alexandri auroræ corruptus, impedimento fuit, quem Helena redderetur: quin pro concione Troianos hortatus est, ne Menelaum, dum legatus ad eos in urbem venisset cum Vlyſſe, redire ad suos sinerent: sed in urbe assuerant, et uiderant, quæ Homero autore lib. Iliad. 11.

Antimelon, ἀντιμήλον. Ital. Mandragora. Hisp. Mandracola] Herba est Dioscoridi, quam alio nomine Mandragoram appellamus.

Antimetabole, ἀντιμεταβολή. Latine dici potest Ex aduerso mutatio. Figura quæ verba declinata repetuntur: vt, Non vt edam viuo, sed vt viuam edo.

Antinomia, ἀντινομία. Est quum duæ leges casu colliduntur, & euenit, vt inquit Budæus, Quintil. lib. 7. cap. 8. Proximè est de legis contra-riis: quæ quia inter omnes ætatem scriptores constat, in antinomia duos esse scripti & voluntatis status, &c.

Antinos, ἀντινός. Stephano, Vrbs Aegypti, ita dicta ab Antinoo Adriani amasio, vt scribit Hieronymus in Iouinianum.

Antinopus, ἀντινός. Nomen vnius ex prociis Penelope, apud Ovidiū in Epistola Penelope. Fuit præterea Antinon, puer quidam Bithyni, cui tanta formæ elegantia, vt Adrianus Cæsar, qui illum adamabat, templum ei apud Mantineam constituerit, & urbem quandam Aegypti Antinocam à nomine eius appellaret. Hæc Paulianus.

Antiochia, ἀντιόχεια. Syria vrbs est, ad Orontem fluium sita, totius regionis caput, à Seleuco Nicanore condita, & à patris sui nomine Antiochia appellata, vt tradit Strabo lib. 15. Stephanus Byzantius: duodecim alia; enumerat eiusdem nominis vrbes, quarum vnâ nam collocat in Iydia, & ab Antiocho Epiphane ita nominatam existimat. Alteram in Mesopotamia, quæ & Mygdonia, & Asibe appellatur: in qua Apollonius Strabo, & Pharnuchus Persicæ historiæ scriptor, nati dicuntur. Tertia in Pisidia cõstituit, cuius meminit & Strabo lib. 12. Quarta inter Cauam Syriam, & Arabiam, Semiramidis opus. Quinta in Cilicia, ad Pyramum fluium. Sextam in Picria, quæ & Arados à Syris appellatur. Septimam ad Calliæ lacum. Octauam ad Taurum montem, in Comagena regione. Nonam in Scythia. Decimam in Caria, quæ & Pythopolis fuit appellata. Vadeccimam in Margiana, ab Antiocho Sotere conditam. Duodeccimam eandem facit cum Tarſo Ciliciæ oppido. Hinc Antiochenus, & Antiochenſis, ἀντιόχειος, ἢ ἀντιόχειος.

Antiochus, ἀντιόχος. Nomen secundi regis Syriæ, Seleuci filij, huius neminis primi, qui Soter cognominatus est, & regnauit annis xx. Secundus Antiochus, huius filius, dictus Achios: regnauit annis xx veneno ab vxore Lædicea extinctus. Tertius Antiochus Galaticus, Antiochus quartus, Rex, cognomento Magnus, regnauit annis xxxvi. Dictus est etiam Hierax, quod accipitris more in rapiendis alienis vitam duceat. Hic Proleum Philometorem praelio superauit. Quintus Antiochus Syriæ rex, dictus nobilis siue illustis, qui regnauit annis xi. Hic Hierosolymam destruxit, & multa mala intulit Iudæis. Sextus Antiochus Syriæ & Asia rex, dictus est Eupator. Fuit & alius Antiochus Aſcalonia, philoſophus, Ciceronis, Brutiq; præceptor.

Antiochia, ἀντιόχεια. Nyctæi filia fuit, & vxor Lyci Thebanorum regis. Hanc quum Iupiter in Satyrum inuicatus compressisset, Lycus repudiavit, vxorēq; dicens superinducit, quæ Antiocham in carcere coniecit. Verum inſtate partus tempore, illa ruptis vinculis, in Cithæronem montem se recepit, vbi & Amphionem & Zethum peperit: qui à pastoribus inuenti & educati, materem iniuriæ viatores exierunt. Lycus cum Dirce vxore interfecit.

Antiparastasis, ἀντιπαράστασις. Figura est frequens Demostheni & Ciceroni, habens confessionem quandam coniunctam cum maiore infectione. Sic Demosthenes aduersus Leptinem, vbi docuit etiam apud maiores in vsu fuisse, vt viris fortibus præmia periboleretur, postea ostendit, si sine causa detrimentum, eius contrarium posse conſiderari: neq; ex eo ſequi, immunitatem illa ætate viris de republica bene meritis concessas, sine manifesta aliqua culpa esse eripendas, nisi ostenderet aduersariis, idem quoq; maioribus esse facturum. Sic etiam Cicero in Oratione pro Rabirio Posthumo, vbi ostendit fallum esse, Rabirij manu occisum esse Saturninum, subdit, Si integrum tibi esset, libentissimè se hoc confessurum, & meritum eo nomine præmiū petiturum, quod ciuem seditiosum è medio sustulisset.

Antipater, ἀντίπατρος, pen. corr. Nomen proprium poëtae Sidonij, seu ex

fen ex Tyro Phœnicia, Stoicæ sectæ, qui post Panæum de officiis scripsit. Ille quo die natus fuit, eodem quorundam febre laboravit. Et quum diu vixisset, postquam ætatis suæ tempus destinatum appropinquasset, eo die & eodem morbo perire consumptus est. Hic Antipater nobili epigrammate in Sappho, decimam inter musas eam cooperat. Ex tempore innumerabiles penes versus faciebat, ut testantur Cicero & Quintilianus. ¶ Antipater alius, Iolai filius fuit, & Palæstra civitate Macedoniæ, miles Philippi, deinde inter Alexandri duces, & regni successores, discipulus & ipse Aristoteles, ut præter scientiam rei militaris, litterarum, ut tradit Suidas. De hoc Antipatro sic scribit Plutarchus, Antipater successit Alexandri in regno Macedoniæ, post bellum Atheniensibus illatum, legatis ad eum de pace venientibus, quorum princeps erat Xenocrates, respondit se in amicitia permanfurum, si libi Demosthenes, & Hyperides dederant: si eius præsidium in Munichian, id est Athenarum arcem receperint: si denique absumptam in eo bello pecuniam, acceptæque damna rescuerint. Quibus illi conditionibus consenserunt. ¶ Item Antipater Tyrius, philosophus Stoicus, & Catois Vitiensis præceptor, ut autor est Plutarchus in Catone. ¶ Alius item Tarfentis philosophus, ut idem autor est. ¶ Fuit præterea Antipater Herodoti regis pater, a Salonita, vir maximus & potentia præditus, de quo Volaterranus in historia Hierosolymitana. ¶ Fuit & Antipater Eupoliætaus Sophista nobilis, præceptor liberorum Scæuri principis, cuius etiam res gestas scripsit, ac eidem magister epistolarum fuit, ut est autor Ptolemaeus. ¶ Fuit & alij huius nominis, inter quos fuit Cassandri Macedonum regis filius.

Antipatris, antipatris, Gemma nigra speciosior, non translucescentis, quæ in facie decedat, id myrris simile facit. Plin. lib. 37. cap. 10.

Antipathia, antipathia, Naturalis, rerum differentia siue repugnancia: ad verbum sonat contrapositionem, cui opponitur Sympathia, quæ mutuum quandam rerum inter se cognationem significat. Plinius lib. 32. cap. 2. Quod ad repugnantiam rerum attinet, quam Græci antipathiam vocant, nihil est venenatius visquam quam in mari pascinnæ. Idem lib. 34. cap. 15. A rubigine vindicant cerusa & gypso, & liquida pice. Hæc est temperatura, à Græcis antipathia dicta. Est igitur antipathia inter ea, quæ veluti naturali quodam odio inter se dissident: ut braccia antipathiam quandam habet cum vice. Contrà ostræa & concha sympathiam habent, quod plenius plenæ sint: & decretescentia luna decrefcent.

Antipatergæsis, pen. prod. siue Antipatergia, [antipatergæsis. Ital. Retributione de beneficiis. Hisp. Retribution del bienhecho] Est mutua acceptorum beneficiorum compensatio. Græci enim *antipatergæsis* vocant, de nobis bene meritis officiorum vicissitudine respondere. Sumpta est metaphora à ciconiis, quas illi *antipatergæsis* vocant. Illis enim naturalis quædam pietas insita est, qua parentes senio defectos alunt, & quum sub hyemem mutata sedes est, eos inter se medios recipiunt, & deficientes alis sustinent. Quod etiam Latini quidam ad imitationem Græcorum Ciconiarum vocaverunt.

Antiperistalsis, antiperistalsis, Latine circumobfistenta, reciprocatio, compressio vndiq; circumfusa: per quam ubi calidum est, inde frigus expellitur: ubi frigidum est, inde calor expellitur. Hinc putei per hybernum tempus calidant, quia illis de calor contulit, cedens frigori superiora possident.

ANTIPHATIS, pen. cor. antiphatis, Rex fuit Læstrigonum, Melampodis, seu ut alij volunt, Lami filius, qui Formiarum oppidum condidit. Hic cum ceteris Læstrigonibus humana carne vesceretur. Policianus, Et Lamius Antiphaten, & virgum, & pocula Circes. Dicitur & Antiphaten. ¶ Antiphaten alius, filius nothos Sarpedonis, ut est apud Virgil. lib. 9. Et primum Antiphaten, in enim se primus aiebat Thebane de gente nothum Sarpedonis alii. Hic Aeneam in Italiam secum, à Turno Rutulorum rege occisus est.

ANTIPHILLY, antiphilly, Oppidum Lyciæ apud Plin. lib. 5. ca. 27.

ANTIPHON, antiphon, Hamunius orator antiquus, Athenis & præceptor dicendi tradidit, teste Quintiliano: quo ne in neminem minus orauisse causam capitis, quum seipse defenderet, Iocuples est autor Thucydides lib. 8. Huius meminit Cicero in Bruto.

ANTIPHVS, antiphvs, Primi filius ex Hecuba, quem Agamemnon vna cum Ifo fratre, gladius illegitimo thoro nato, in bello Troiano interfecit. ¶ Antiphus, filius Thephili & nepos Hercules, qui cum fratre Philpido dux triginta nauis cum alijs Græcis ad Troiam nauigauit, ut est apud Homerum lib. II. ad. 2.

Antiphora, pen. prod. antiphora, Vox reciproca, duobus chotis alternatim psallentibus. Antiphona: Græci primi composuerunt, & apud Latinos sanctus Ambrosius instituit. Exhine in cunctis regionibus Ecclesiæ vsus increbuit.

Antiphraasis, antiphraasis, pen. cor. Sermo per contrarium intelligendus: ut, Paucæ, quia nemini parcant. Sic Manes, quod non sint boni: Manum enim antiqui bonum dicebant.

ANTIPODES, pen. cor. antipodes, Dicuntur qui contra nos positi sunt contrariis vestigijs. Cic. 4. Acad. Nonne etiam dicitis esse è regione nobis, & contraria parte terræ, qui aduersis vestigijs stent contra nostra vestigia, quos Antipodas vocatis. ¶ Declinatur Antipus, tipodis, vel antipodos. De his copiose Ioachimus Vadianus in Melam.

ANTIPOLIS, antipolis, Apud Ptolemæum vrbis nomen est in Gallia Narbonensi. Galli paucis litteris immutatis, etiam hodie *Antipolis* vocant.

Antipolis, pen. prod. antipolis, Figura est quando casus pro casu ponitur, ut, Vrbem quam statuo, vestra est. Componitur enim ex *anti* pro, & *polis* casus, à *anti* casu.

ANTIPYRVS, antipyrvs, Vrbis Libyæ est Marmaricæ, quæ eadem esse creditur, quam vulgo *Luchis* vocant.

Antiquus, idem quod vetus siue prius: ab Ante & Aeuum, ut Varroni placet [antiquus, idem quod vetus. Ital. Antico. Hisp. Antiguo & viejo] Virgil. 2. Georg. antiquisq; domos auium. ¶ Quoniam verò quæ antiquiora sunt, ferè meliora esse consueverunt, ut mores, vinum, & similia: factum est ut antiquum pro prebo, bono, & simplici dicamus. Tercio in And. Pol. Cito hospes, antiquum obsequia. Cicero pro Sexto

Roscio. In qua muliere vestigia antiqui officij remanent. Sic & Antiquus dicimus, pro meliore, chariore, potiore. *antiquus, idem quod vetus. Ital. Antico. Hisp. Antiguo & viejo*. Cicero ad Atticum lib. 1. Nihil mihi antiquius vestra amicitia est. Idem 1. de Inuent. Qui pauperes sunt, in antiquo officio pecunia est.

Antiquarius, aum, Qui verba ab vsu remota, & commentarios pontificum, & vetustissima sædeta, & exoletis scriptaturæ autores, ut ex his contrahat, quæ non intelligantur, veq; quædam solas scire videatur [antiquarius. Ital. Antico della antichità. Hisp. Antico de la antiguedad] Iuuen. Ignoribus mihi tenet antiquaria versus. Sueton. in Augusto, Cæzels, & antiquarios pari studio sprecuit.

Antiquitas, pro vetustate [antiquitas. Ital. Antiquità. Hisp. Antigüedad & vejez] Cic. 1. de Finib. Quod quàm magnam sit, fiet veterum fabulæ declarant, in quibus tam fabulis multis, tamq; variis ab vltima antiquitate repetitis, tria vix amicorum paria reperiuntur. ¶ Antiquitas, pro ipsius antiqui. Plin. lib. 12. cap. 19. Cinnamomum & casia fabula narravit antiquitas. ¶ Item in alio significatu accipitur apud Salustium, Seruo teste, Tantum antiquitatis, curæq; maioribus pro Italica gente fuit. Id est, antiqui & præcipui amoris siue charitatis, ab eo quod est antiquum pro charo.

Antiquitas, idem quod olim, vel tempore antiquorum. Cæsar lib. 6. Bel. Gall. Quod summa autoritas antiquus erat in Heduis.

Antiquitas, Euacuatio, abrogo, iterum facio [antiquitas, idem quod abrogo. Ital. Antiquità. Hisp. Antigüedad & vejez] Vnde legem antiquatam dicimus, quam populus suffragijs suis improbauit, nec perferri passus est. Abrogatam autem dicimus legem, quæ quum accepta fuerit, & perlatâ, postea contraria lege fuerit sublata. Liuius, Omnium rerum causa vobis antiquitas ceteris sitis rogationes. Cic. 3. de Leg. Vos item, ut video, legem antiquatam sine tabella.

Antiquatio, onis, verbale, Abolitio, abrogatio. [antiquatio, onis. Ital. Antiquazione. Hisp. Antigüedad & vejez] Gell. Facta mox est antiquatio legis.

Antique, aduerb. Hec est ad more antiquorum, ut, Antique dictum. [antique, aduerb. Ital. Anticamente. Hisp. Antiguamente] Horat. 1. Epist. Si quædā minus antiquè, si pieraq; dure Diceret credas eos.

ANTIRACHIVM, antirachivm, Promontorium est Acrolis, situm ad ipsum sinus Corinthiaci ostium, è regione Rhij, quod est Achaia: promontorium, ab Antirachio septem tantum stadiorum flecto diuisum. Thucydides vtrunq; Rhium appellat, cognominibus tantum ea distinguens. Nam quod in Peloponneso est, Achaicum cognominat alterum Molyericum, à vicina vbe Molyetia.

Antirrhinum, antirrhinum, Herba est eadem cum illa, quam supra Anarrhion appellauimus, de qua vide Plin. lib. 25. cap. 10, & ea quæ supra anonimus in dictione ANARRHION.

Antiscorodon, antiscorodon, Herba est ex generibus alij, quæ & Vpiscu, & Allium Cypriuin appellatur. Vide Plin. lib. 19. cap. 6.

Antispoda, sine Antispodia, antispoda, Dir scordis, à *antispoda* Galeno, Vocatur à medicis omnia ea quæ eandem cum spolio habent facultatem, quæq; in spodiis inopia pro eo possunt supponi: Quid autem sit Spodos, siue spodium, vide suo loco.

Antismos, quod hic corruptè legebatur, vide ASTISMOS.

ANTISSA, antissa, Stephano, Lesbii insule oppidum est, ex quo Terpander nobilis Citharædus originem traxit. Gentile est Alcibiæus, à *antissa* dicitur.

Antistes, itis, Ex ante & sto, tam feminini quàm masculini generis, à verbo antiquo Antisto, pro antello, quod ceteris antecedit, id est excellat [antistes, itis. Ital. Antista. Hisp. Antista] Eterant primarij templorum singularem sacerdotes, qui sacris præstant, deq; futuris responsa dabant. Quidam de Pon. Non finit illa sui vanas antistitis vngam. Esse preces. Luu. 1. ab Vrb. Potitij ab Euandro edocti, antistites sacri curia per multas ætates fuerunt. Valer. lib. 1. Nec de verustis ritibus perita decisset antistes. ¶ Per translationem verò Antistes dicitur, qui in re aliqua excellit, atq; principatum tenet. Vnde Seruius Sulpitius, Quintilianus teste lib. 1. cap. 1, Iuris antistes appellatus est. Item Plato sapienter antistes.

Antistita, a, antistita. Ital. Antista. Hisp. Antista] Muger prelada] Gellius lib. 13. cap. 19. Sacerdotes quosq; feminas M. Cicero Antistitas dicit: Sa cerdotes, inquit, Ceteris atq; illius fani antistita.

Antistitium, Excellence, & apex, & quasi antistitis dignitas, [antistitium. Ital. Excellence. Hisp. Prelada] Matianus Capella, Antistitio preminebat: Athanasia.

Antistor, pen. cor. Præfex, præfectus, quasi antestator [antistor. Ital. Præfidente. Hisp. Prefidente] Columella lib. 4. Neq; enim singulis totidem antistores possit dare, qui obseruent, quinq; præcipiant, ne acerbe vix demerantur.

ANTISTHENEVS, antisthenes, pen. cor. Socraticus philosophus, acutus magis quàm eruditus, præceptor Diogeni. Hic quum magno auditorum concursu docuisset Rhetoricam, audito Socrate, diuulsi ferunt ad discipulos, Abite, & magistram querite: ego enim iam reperi: statimq; quæ habebat, & publice distribuit, nihil sibi præter palliolum reseruauit. Patientiam & duriciam in Socratico sermone admauit, ut scribit Cicero libro 3. de Orat. ad Qu. fr. ¶ Fuit item alijtes eodem nomine: vnus è schola Heracliti, alius Ephesius, tertius Rhodius historicus, ut tradit Diogenes Laërtius.

Antistola, as, are, antiqua verbi pro Antello, id est antecello [antistola, as. Ital. Antistola. Hisp. Antistola] Caro cap. 156. Bractia est, quæ omnibus olebibus antistat. Lucr. lib. 1, Herculis antistat autem si facta putabis. Longius à vera multo ratione ferre.

Antistrophe, antistrophe, Literarum permutatio, quum scilicet littera pro littera collocantur ab antepro, & *antistrophe*, elementum vbi Sella pro oïda, & Magala pro nugra, i pro e nam Maga, pro Magat dicitur, quoniam Per nam lingua villam designat.

Antistrophe, antistrophe, Dicitur quum inter coniuncta duo, quæ à seie mutuo pendeant, sit alterna conuersio: ut, Scelus domini, & Domini scelus. ¶ Lyricis autem Poëtis Antistrophe est saltationis genus, quo

quo modo in dextera, modo in sinistra choros agerent, ac reuocarent.
A N T I A V R S, *antivrs*, Tauri montis pars est, reliquis Tauri partibus opposita: insignis olim Comana ciuitate, & Bellonæ fano. Strabo lib. 1. & 12.

Antithesis, *antithesis*, pen. cor. Color rhetoricus, quum contraria contrariis opponuntur. Quintilianus Contentiorem vocat.

Antitheton, pen. cor. *antitheton*, Figura est, qua contrariis opponuntur contraria, vt apud Ouidium 1. Metamor. Frigida pugnant calidis, humentia siccis, Mollia cum duris, sine pondere haucitia pondus. Puritas, crimina raris Librat in antitheti, doctas posuisse figuras Laudatur. Cic. ad Brutum, Semper hæc quæ Greci antitheta nominant, quum contrariis opponuntur contraria, numerum oratorum necessitate ipsa efficiunt.

Antitypum, *antitypum*, pen. cor. Latine exemplar, similis formæ, vel contrarium.

A N T I V M, *antivm*, Vrbis Latij, Volscorum caput, Romanorum colonia: dictum, quod ante alias vrbes in ipso litore sita sit, ad ortum, reuerſumq; vrbis variationem accommodata. Habebat hæc vrbs celeberrimum Fortunæ templum. Horat. 1. Carni. O diua, gratum quæ regis Antium. ¶ Hinc Antiaties dicti sunt vrbes huius incolæ: de quibus vide supra vbi loco.

Antilæ, *antilæ*, Vetusissimi dicebant pro haurire, verbo à Græcis mutato. Liuius Andronicus, Floræ antilabanti liberi ex carchæsis. ¶ Hinc Exhantlare, exhaurire, de quo infra.

Antlia, *antlia*, Ital. *Infornento con che si cava acqua*. Hisp. *Antoria para sacar agua*. Machinula ad hauriendam aquam excogitata. Nam *antlia*, Latini haurire est. Mart. lib. 9. Curia laborat: antlia tollit aquas. Et Fest. Antilæ, haurire, à Græco *antlao*, id est haurio. Liui. Florem antilabant liberi ex carchæsis.

A N T O C I, *antoci*, Populi trans æquinoctialem habitantes circulum, totiq; graduum latitudine ab eodem Austro versus distantes, quot nos versus Septentrionem. Ita dicti, quod zonam nobis, non contrariis, vt Antipodes, sed diuersimodum incolant.

A N T O N I V S, cognomen Pius, Romanorum Imperator, qui Aelio Adriano succcessit. Hic quum filium non haberet, M. Antoninum Philoſophum adoptauit, eumq; moriens imperij ſucceſſorem reliquit. ¶ Fuit & Antoninus cognomine Caracalla, qui post Severum, Romanum tenuit imperium. ¶ Alius prætoræ cognomine Heliogabalus, qui Opilio Macrino ſucceſſit.

A N T O N I V S, *antoni*, Nomen viri proprium. Antoniorum familia Romæ nobilissima, vetustissimaq; fuit, vtore quæ ab Antone Herculis filio & nomen a oriunda proditur.

A N T O N I V S G N Y P H O, Ingenium in Gallia natus, sed expositus, & à intertere sine manumissis, Romæ doctus Rhetoricam, & poemata in domo ſui, Celsi pueri adhuc. Cuius etiam ſcholam Cicero, & alij nonnulli clari adoleſcentuli frequentasse dicuntur. Fuit alioqui viri faciliq; natura: nec vquam aliquem de mercedibus pactus, eoq; plura ex diſcentium liberalitate conſequutus est. Vixit annos quinquaginta. Ex Tranquillo.

A N T O N I V S M Y S A, Medicus fuit Auguſti temporibus, qui Cæſarem periculoſiſſimè argutentem, potu balneiſq; frigidis ſanitati reſtituit. De hæc Plinius lib. 29. cap. 1. & Horatius lib. 1. Epist.

M. A. N T O N I V S O R A T O R, Triumuiratus, de quo ſic ſcribit Cicero in Bruto, Nunc ad Antonium Craſſumq; peruenimus. Nam ego ſic exiſtimo, hos Oratores fuiſſe maximos, & in his primū cum Græcorum gloria Latine dicendi copiam æquatam. Omnia veniebant Antonio in mentem: eiq; ſuo quæque loco vbi plurimum proſicere & valere poſſent, vt ab imperatore equites, pedites, leuis armatura, ſic ab illo in maximè opportunitis orationis partibus collocabantur. Erat memoria ſumma, nulla meditationis ſuſpicio, imparatus ſemper aggredi ad dicendum videbatur: ſed ita erat paucus, vt iudices illo dicente nonnūquam viderentur non ſatis parati ad cauendum fuiſſe. Verba ipſa, non illa quidem elegantiffimo fuerint ſermone: itaq; diligenter loquendi laude caruit, neq; tamen eſt admodum iniquitate loquutus, interſectus eſt à Mariana ſactione, vna cum pluribus aliis clariffimis ciuib; quorum capita in oſtro pendere. ¶ Huius filij M. & C. Antonij fuerunt: quorum M. Antonius græcia Cottæ Conſulis, Cethegi ſactione in Senatu curationem rei fragmentariæ & totius oræ maritima nactus, Siciliam & prouincias omnes depopulatus eſt. Et ad poſterum inferens Cretenſibus bellum, ibi morbo interiit. Hunc Saluſtius ait perdande pecunie gentium, & vacuum à curis, niſi inſtantibus. Autor Pad. ¶ C. Antonius, alter Oratoris filius, multos in Achaia ſpoliauit, nactus de exercitu Syllano equitum turmas: quo nomine à Græcis tractus eſt in ius ad M. Lucullum prætorē, qui ius inter peregrinos dicebat. Egit pro Græciæ Cæſar, etiam tum adoleſcentulus: & quum Lucullus, id, quod Græci poſtulaſſent, decreuiſſet, appellauit Tribunos: iurauit, ſe ideo ciuitate, quod æquo iure vti non poſſet. Hunc Antonium Gellius & Leatulus Cenſores, ſextennio poſt petitionem Conſulatus, ſenatu mouerunt cauſisq; ſubſcriperunt, quod ſocios diſcipuliſſet, quod iudicium reſuſciſſet, quod propter aris alieni magnitudinem prædita mancipaſſet, bonaq; ſua in poteſtate non haberet. Paſſianus, Hunc item Cicero in Verrenis vocat in exercitu Syllano prædonem, in introitu gladiatorem, in victoria quadrigatum. Nam inter eos fuit, qui inſiſſe Syllæ in Cenſibus, quos ipſe poſt victoriam fecit, quadriga agebantur. Hic cum Cicero Conſul fuit: eiq; maximè eſt aduerſatus, vt qui Catiline conſultationi ſaneretur. Placatus ab eo demum paſſione prouinciar, teſtiſq; de Republica ſentire perſuaſus eſt. ¶ M. Antonio, Oratoris filio, tres filij fuerunt, M. L. & C. quorum M. Antonius poſtea Triumuir, cauſa & ex totius belli ciuilis exitu. Nam quiſ uellet Tribunos plebis, Cæſariſq; partibus in ciuitate curandis ſiſe imparem videret, vna cum C. Curione (qui & ipſe Tribnus plebis erat) conduco vehiculo, habitiſq; maxime miſericordi, in Gallia ad Cæſarem profugeret, cumq; adhuc hærentem, ad bellum ſine mora ſuſcipiendum inſtigmavit. Cæſarem quoq; occidit laudauit pro roſtris: veſtigijs eius ſanguinolentum oſtendens, & teſtamentum recitans, quo ille Pop. Romano drachmas 73, vitiſq; legauerat, preſentit vt percussores ob me-

syllabam producere non audent, nisi geminata consonante insignis autem illorum temeritas, qui eam nullo veterum exemplo corripunt, frivola; ac incerto etymo fisci, ab vnanimi veterum omnium consensu non dubitant discere. Propter autem Literarum dicuntur minimarum ac individuarum partes orationis, ex quibus confluuntur syllabae, & tam singulari, quam plurali numero elementum significat, videbunt A, B, &c. Cic. pro Sylla, Litera posteritatis causa repetenda sunt. Quintil. lib. 1. cap. 4. Ut pro Fundanio Cicero testem, qui primam eius literam dicere non posset, trider. Cic. 4. Verr. Hic etiam Romae videmus in basi statuarum maximis literis incisum à communi Sicilia datas. Dicitur autem Litera quasi legitima, ut quibusdam placet, eo quod legenti prebeat iter: vel quod in legendo iteretur, ut ait Serrius: vel à literis, quod scripta deleri possit: in ceteris enim tabulis antiqui plerumque scribere solebant, & deinde delebant. Vel à luno, is quod in scribendo sacramentum illinitur, hoc est leuiter inducitur chartae. Aliquando Litera capitur pro scribentis manu. Cic. ad Attic. Nam Alexidis manu amabat, quod tam propè accedebat ad similitudinem tuarum literarum. Plurali numero Litera epistolam designant. *ἡ ἐπιστολή*. Ital. Lettera. Hisp. La letra, carta, mensajero. Ipsi apud poetas, apud quos legitur Litera pro epistola, *ἡ ἐπιστολή* quoque à Graecis. Quid in Epist. Quam legis, ab sapia Briseide litera venit. Vocantur praeterea Literae, *ἀγασ*, disciplinae, quae literarum monumentis continentur. Plautus in Truc. Literas didicisti, sine alio discere. Vnde Dare literis operam dicimus, hoc est incumbere artibus quae scriptae sunt. Ad literam, idem quod ad verbum, & quod barbari *literatiter* dicunt. Quintil. lib. 9. cap. 1. Quam duobus ab eo libris tractatum locum ad literam subieci. Aliquando ponitur pro scriptura. Cic. in Verr. act. 3. Ut Romam rediit, nullam litteram pupillo, nullam marii cuius, nullam tutoribus reddidit, id est scedula nullam scripsit, quae testaretur, & agnosceret se accepisse pecunias, &c. Nullam litteram ad me misit, aut scripsit: pulchre pro eo quod est, nihil scripsit, nullas litteras misit. Cic. Cannio, lib. 2. Ille quom ad Thermum de Parthico bello scriberet, ad me litteram nunquam misit, id est tantum abest ut ad me litteras miseret, ut ne litteram quidem miseret. Literas attingere, est ipsas tractare, seu versari in studiis literarum. Literae interiores, sunt abstrusiores, & aliorumque disciplinae. Vulgares & Reconditae litterae sunt contrariae. Literae publicae sunt, quas barbari *registra* vocant. Refertur aliquid in litteras publicas, est quod barbari *inscripturae* dicunt. Ponuntur interdum litterae pro aliquibus scriptis. Cic. ad Attic. Quod meo omnibus litteris in Pompeiana laude esset perfructus, id est meis omnibus scriptis.

Literula, diminutivum. *ἡ μικρὰ ἐπιστολή*. Ital. Picciola lettera. Hisp. Pequena letra. Cic. ad Titonem lib. 16. Accepi tuam epistolam vacillantibus litterulis. In numero plurali pro epistolis. Cic. ad Atticum libro 14. Esi noui nihil, nostro more tamen ne patiarum interueniri litterulas. Aliquando eodem numero pro scientiis, siue disciplinis aut earum studiis. Cic. ad Titonem lib. 16. Litterulae meae, siue nostrae tui desiderio oblanguerunt.

Literatus, Qui literis praeditus est, literis ornatus, eruditus, doctus. *ὁ ἐκ τῶν ἀσμάτων ἀξιωματικὸς*. Ital. Letterato, dotto. Hisp. Letrado, hombre de letras. Cic. in Ver. act. 3. Circumspice autem homines formosos, & literatos, suos esse dicebat, se emisit. Idem, Frater tuus, quem literatissimum fuisse iudico, facile diceret. Hic vestis Plauti non est, hic est. Literatus etiam dicitur, cui aliquid infusum est, & superferunt. Plautus in Pseudulo. Haud fecus in vides literatas ibi epulas, &c. Literatum ortum, in quo literis operam damus. Cic. 4. Tusc. Quid est enim dulcius ocio literato? Literatulus, diminutivum est.

Literatè, aduerbium. Doctè, eruditè, eleganter. *κατὰ τὴν ἀσμάτιον*. Ital. Letterato, dotto. Cic. in Piso. Ita enim suor perferre scitè & literatè, &c. Cuius contrarium est Illiteratus, pro rudi & indocto.

Literarius, ratiua, iura, Quod ad litteram, vel ad litteras pertinet. *ἡ ἀσμάτιον*. Vnde dicitur Ludus literarius. *ἡ ἀσμάτιον*. Ital. Letterato, dotto. Hisp. Letrado, hombre de letras. Cic. in Ver. act. 3. Circumspice autem homines formosos, & literatos, suos esse dicebat, se emisit. Idem, Frater tuus, quem literatissimum fuisse iudico, facile diceret. Hic vestis Plauti non est, hic est. Literatus etiam dicitur, cui aliquid infusum est, & superferunt. Plautus in Pseudulo. Haud fecus in vides literatas ibi epulas, &c. Literatum ortum, in quo literis operam damus. Cic. 4. Tusc. Quid est enim dulcius ocio literato? Literatulus, diminutivum est.

Literator, oris, Qui leuiter literis tinctus est, vel qui prima literarum elementa docet. *ὁ ἀσμάτιον*. Literatore enim non perfectum literis, sed imbutum tantum esse docet Suetonius de Clar. Gram. Vnde apud maiores, quum familia alicuius vernalis produceretur, non temere quem litterarum in titulo, sed literatore inscribere solebant, quasi non perfectum literis, sed imbutum.

Literatura, ratiua, Eadem quae grammatica. *ἡ ἀσμάτιον*. Quintil. lib. 2. cap. 15. Nos ipsam nunc volumus significare substantiam, ut Grammaticae literatura est, non literatrix, quemadmodum oratrix: nec literatoria, quemadmodum oratoria. Aliquando ponitur pro literarum scientia, & cognitione. Cic. 2. Philip. Pute in illo ingenium, ratio, memoria, literatura, cogitatio, diligentia. De Caesare loquitur.

Literosus, a, um, Idem quod literatus. *ὁ ἀσμάτιον*. Cassius Hemina Anna. lib. 4. Homo nunc literosus, ex Nonio. Antiquum.

Lithargyros, *λίθαργυρος*. Corporis metallici genus, quod à Plinio argenti summa appellatur: quauis non ex solo argento, verum etiam ex auri vena fiat, & ex plumbo. Sunt enim tria eius genera, Chrysis, Argyrus, & Molybdis: quae vide apud Plinium libro 33. cap. 6. & Dioscoridem lib. 4.

Lithiasis, is, *λίθιασις*. Calculi generatio in vesica, per quem vrinae excretio prohibetur. A verbo Graeco *λίθω*, quod est calculo laboro. Lithialis praeterea dicitur, quum in palpebris gignuntur albicantia quaedam, & dura tubercula, lapillorum modo.

Lithizantes, *λίθιζαντες*. Gemmae quaedam ex genere carbunculorum, lividi, & languidius lucentes: vnde & nomen acceperunt, quod ad lapidum potius quam ad gemmarum naturam accedant. Autor Plinius libro 37. cap. 7.

Lithocolla, *λίθοκολλα*. Glutinum quo lapides coniunguntur. Fit autem ex lapide Pario, aut marmore cum caustino glutino. Hermolaus.

Lithoglyphus, penulcorre. *λίθογλυφος*. Ital. Scarpellino. Hisp. Sculptor de pedregal. Sculptor lapidum.

Lithospermum, *λίθοςπερμον*. Herba est quae hodie nomine notiore Mi-

lium Solis dicitur. Lithospermum ideo dictum, quod semina tanquam calculeos fecat, candore, & rotunditate margaritarum, ducta vero lapidea. Vide Plinium lib. 27. cap. 11.

Lithostrotos, penult. product. *λίθοστρως*. Graecis adiectivum est, idem significans quod lapide stratus: à nomine *λίθος*, lapis, & verbo *στρώω*, quod est sterno. Hinc Lithostrotata dicta sunt quaedam pavimentorum genera quae ex minutis lapillis sternebantur, colorum diversitate rerum quatuorlibet imaginem exprimente. Plin. libro 36. cap. 25. Pavimenta originem habent apud Graecos elaborata arte, picturae ratione, donec lithostrotata expulserit. Et paulo post, Lithostrotata coepere iam sub Sylla, parulis certe crustis: extatque hodie quod in Fortunae delubro Præneste fecit.

Lithotomia, *λίθοτομία*. Lapidicina quae à Latomia dicitur: à nomine *λίθος*, lapis, & verbo *τομή*, cado, vel seco. Fuit etiam carceris nomen, apud Syracusanos, in quo notij asservabantur, qui inde videbantur fuisse appellati, quod in loco quodam extructus esset, vnde olim excissi erant lapides. Meminit huius carceris Thucy. lib. 6. & Ipsi Cic. in Ver. act. 1. 15. Ipsi.

Litigator, Litigiosus, Litigo, Litigium, vide 1. 15. Ipsi.

Litro, as, Sacrificio facto deos placò, vti quum impetio: verbum à precibus dictum, teste Festo, quas Graeci *λίτρας* vocant. *ἡ λίτρα*. Ital. Placare con sacrificio. Hisp. Impetrar y placar por sacrificio. Sueton. in Caesare. Deinde pluribus hostiis casis quum litare non posset, introiit curiam. Inter litare & Sacrificare hoc interest (inquit Nonius) Sacrificare est veniam petere: Litare est propitiare, & votum impetrare. Virg. 4. Aeneid. Tu modo postea deos veniam, sacrificij, litatis Indulge hospitij, Sacris (inquit) litatis, id est venia per sacrificia impetrata, vel sacrificum euenit promittente victima. Plaut. in Pseudulo. Si hercle istuc vnquam factum est, tum me Iuppiter Faciat, ut semper sacrificem, nec vnquam litem. Litare victimas, apud Tranquillum, id est victimis casis litare. Aliquando ponitur pro satisfacere. Plin. in Pane de status loquens, Illae autem aures, & innumerae strage & ruinae publico gaudio litauerunt. Litato, id est addicentibus victimis: si non Auspicato, id est addicentibus auiibus, hoc est latum rei instituta: exitum promittentibus. Liti, ab Vrbe, Non deorum saltem, si non hominum memores, nec auspiciat, nec litato instrunt aciem diductam in cornua. Litandum, gerendum, hoc est litari debet. Virgil. 2. Aeneid. Sanguine querendi reditus, animaq; litandum. Argolica.

Litatio, onis, Voti per causam Victimam impetratio, vel victimae litra promittentis mactatio. *ἡ λίτῃς*. Liti, 7. bel. Pun. Per dies aliquot hostiam maiorem sine litatione caesit: id est impetrata pax deum. Huius compositum est Perlitro, quod est perfectè lito. Gellius, Si haec divinae factae, ritaeque perlitata essent, aruspices dixerunt omnia ex sententia processurum esse.

Litus, oris, Dicitur terra adiacens mari quae fluctibus alluitur: vnde & nomen inuenisse putatur ab alluendo, vel alliciendo. *ἡ λίτῃς*. Ital. Lito. Hisp. La ribera del mar, o tierra cerca del mar. Litus (inquit Celsus 1. Litus. ff. de Verbor. signific. est quouque maximus fluctus à mari peruenit: idque M. Tullium aiunt, quum arbiter esset, primum constituisse. Proprie itaque litus de mari dicitur: ripa, de fluminibus. *ἡ λίτῃς*. Quid. 1. Metam. campoque recepti Liberioris aequae pro ripis litata pulsant. Sueton. in Nero. Dispositae per litora, & ripas diuersorum tabernae. Quandoque etiam litus dicitur de fluminibus. Virgilius in Diris. Litorea quae dulcis auras diffundit agris, quum de Mureto Manuam agri fluuii loqueretur. Sumitur interdum pro agro maris vicini. Virg. 4. Aene. cui litus arandum, Cuius loci leges dedimus. Interdum pro spatio circa aram: à litando, quia ibi litabantur hostiae. Nam (sicut docet Donatus) nauigantes cundo & redeundo in litore sacrificabant. Si itaque Donato à litando litus dici credimus, videtur vnicuique esse scribendum: quemadmodum etiam à nonnullis scribi videmus. In carmine tamen omnes geminant consonantem. Sed ut hoc quidem videtur necessarium, quum nolumus inueniunt breuitas. Vnde videtur potius natura longa esse, quam per epenthese geminatae consonantis licenter producti. Malo tamen rem integram cauere: arbitrio permittere, quam de re tam incerta quicquid temere pronuntiare.

Litoreus, a, um, adiectivum, ut Litorea domus, quae in litore, aut iuxta litus constructa est. *ἡ λίτῃς*. Martial. lib. 10. Anxuris aquorei placidos Frontine recessus. Et propius Baias litoreaeque domum. Litorea aues apud Virg. 2. Aen. Litorea agitabat aues, id est palustres. Litoral, is, Idem: ut, Litoral, is piscis: id est in litore viuens. Plin. lib. 9. cap. 17. Nec litoribus gratia. Dij litorales. Catul. de Phaeo. Neque vlla vota litoribus deis Sibi esse facta.

Litorosus, a, um. Plin. lib. 37. cap. 10. Calais sapphirum imitatur, candidior, & litoroso mari similis. id est cum aquae marinae colorem referens quae est circa litus.

Litura, vide 1. 1. n. o.

Litus, litui, *ἡ λίτῃς*, *ἡ λίτῃς*, *ἡ λίτῃς*. Plutarcho, Baculus incuruus quo sedentes Augures auium tepia deligebant. Gel. 1. 5. cap. 8. Litui est virga brevis, in parte qua robustior est incurua. Primus litui visus à Romulo manasse creditur, qui dum urbem conderet, huiusmodi baculo regiones direxit: quod & ipsum asserit Cic. lib. 1. de Divin. Quid (inquit) litui iste vester (quod clarissimum est insigne Auguratus) vnde vobis est traditus? Nempe co Romulus regiones direxit tum, quum urbem condidit. Qui quidem Romuli litui id est incuruus, & leuiter à summo inflexum bacillum (quod ab eius litui quo canitur, similitudine nomen inuenit) quum scius esset in Curia Salitorum, quae est in Palatio, eamque deflagrasset, inuenus est integer. Eadem fere de hoc lituo scribit Plutarchus in Vita Romuli. Litui (inquit) confectus est in Palatino colle vique ad Gallorum tempora, à quibus capta urbs incensa fuit. Sed postea expulsi à Camillo hostibus inter altissimas fauillas illasus quum ignis omnia consumpsisset, inuenus est. Est praeterea lituus, autore Festo, buccinae genus incuruum gracilem edens vocem, quo in bello utebatur: quae qui canebat, litice dicebatur. *ἡ λίτῃς*. Virg. lib. 6. Et lituo pugnas insignis obibat & hasta. Lucan. lib. 1. Seridore lituum, clangorque tubarum. Quid. 3. Falt. Iam litui pugnae signa daturus erat. Stat. 6. Thebaidos, Et litui aures circumspulsaui acuris.

Lituo,

interdum locus pro estimatione, amore, gratiaque. Cic. in Philip. Quem locum apud Cæsarem obtinuit? quo numero fuit? Esse magno loco apud Regem, dixit idem in Epist. Cæsar. Comment. Qui si inuenit, eodem se eos loco, quo Heluetios habiturum. ¶ Ponere in loco male dicti, & conuenienter, est quod barbari dicunt, *capere ad malum & ad inuicem*. Cic. in Platonem. Tunc etiam ausus meum discessum in male dicti & conuenienter loco ponere? ¶ Tenere principem locum, est maximo esse in pretio, & auctoritate, primūque dignitatis gradum obtinere. Cic. pro Plancio. Qui in mea salute principem semper locum, auctoritatemque tenuit. ¶ Locus aliquando ponitur pro opportunitate. *capitulum*. Cic. de Offic. Locum autem actionis, opportunitatem temporum esse dicunt. ¶ Loco aliquid querere, est querere quando res postulat. Cic. in Partic. Loco tu quidem quæris, sed plenius. &c. ¶ In loco, id est opportuno. Terent. in Heaut. In loco ego vero laudo. Cic. Antequam iter in exilium, Fidei conducit, inquit, in loco beneficium retribuere. ¶ Loco dicere, est aliquid rogatum sententiam dicere. Cic. 3. de Legib. Vt loco dicat, id est rogatus: ut modum, ne sit infinitus. ¶ Locus non est bonitari, id est bonitas non est in pretio. Cic. 3. de Finibus. Quod ni ita se haberet, nec iustitiam videret, nec bonitatem locum. ¶ Locum alicui dare, est ipsum admittit, & recipere. Cic. de Orat. Hæc turba & barbaria forensis dat locum vel vitiolissimis oratoribus. ¶ Aliquando locus ponitur pro tempore, vel spatio. Terent. in Heaut. Nam & cognoscendi, & ignoscendi dabitur peccati locus. Locus precii non est relictus: hoc est precibus amplius fieri, non potest. Terent. in And. Nihil est precii loci relictum. ¶ Locus etiam in scriptoribus dicitur quævis operis particula. Terent. in Prolog. Adelp. eum Plautus locum Reliqui integrum, eum hic locum simpliciter sibi. In Adelp. ¶ Loci, in muliere dicuntur valcula semen & materiam sanguinem recipientia, inter vesicæ & intestinum rectum sita, in duos digitos sinus. Vnde & locos plurali numero appellantur. *capitulum*. Aliis nominibus & veteris dicitur, & vulua. Quamquam inter hæc Plinius ita distinguit, ut vulua brutorum animalium dicatur, loci autem & veteris solarum mulierum. Verba eius sunt hæc lib. 1. cap. 37. Feminis eadem omnia, præter vesicæ iunctus utriculus: vnde dicitur veteris: quod alio nomine locos appellant: hoc in reliquis animalibus vuluam. ¶ Loci item à Dialecticis appellantur sedes argumentorum, ex quibus, veluti ex prompatoriis quibusdam petuntur argumenta. *capitulum*. Cicero 3. de Orat. Aristoteles locos (sic enim appellat) quasi argumentorum notas tradidit. Ibidem lib. 2. Aristoteles proposuit quoddam locos ex quibus omnis argumentatio ad omnem dispositionem inuenitur. Et paulo antea, Locos argumentorum paratos & expeditos habere oportet.

Loculus, li. diminutivum. Exiguus & angustus locus. *capitulum*. Ita. *capitulum*. Hisp. *progenia*. *capitulum*. Plautus Mil. Sed in cella paululum erat loculi luteri. ¶ Aliquando loculi dicuntur loculamenta quædam separata in piscinis, ornithothoropis aliorumve animalium stabulis, in quibus vnaquæque seorsum aluntur. *capitulum*. Varro lib. 3. de Re rust. cap. 17. Horrentius familiaris noster quum piscinas haberet magna pecunia edificatas, ac loculos, ita sepe cum eo ad villam iui. ¶ Sepe etiam loculos accipimus pro sacculo in quo pecunia seruatur. *capitulum*. Ita. *capitulum*. Hisp. *bolfo* & *bolfo*. Mart. lib. 14. Hæc nisi de Raya loculos implere moneta. Non deest. ¶ Interdum etiam loculus *capitulum*. Ita. *capitulum*. Hisp. *vaso de la ceniza de los muertos*, pro capsula, seu conditorio quo mortuorum reliquie conduntur. Plin. lib. 7. cap. 2. Hunc cremari cum reliquo corpore non potuisse tradunt, conditumque loculo in templo.

Locellus, li. id est crumenula, diminutivum à loculis. *capitulum*. Martialis lib. 14. Siquid adhuc superest in nostri facie locelli, Munus erit: nihil est ipse locellus erit.

Locularis, lata, satura, quod habet diuersos locos. *capitulum*. Varro 3. de Re rust. cap. 17. Nam ut Paulianus & ceteri pictores eiusdem generis locularas magnas habent arculas, vbi diuersi colores sint, certas sic hic locularas habent piscinas, vbi diuersi discolores habent pisces.

Loculosus, a, um, quod multos habet loculos, seu sinus, septo aliquo intermedio diuisos. *capitulum*. Plin. lib. 1. cap. 22. Sola differentia generum in pumamine duro fragillire, & tenui ac crasso, loculoso & simplici.

Loculamenta, forum, Loca distincta, siue capsulae in quibus aues, apes, aut etiam maiora animalia seorsum nidificat, seu habitare solent: & à loculis deducti videntur. *capitulum*. Colum. lib. 8. cap. 3. Vel si non ita competit, paxillis adactis tabule supponantur, quæ vel loculamenta, quibus nidificent aues, vel fistilia columbaria recipiant. Idem lib. 9. cap. 12. Crepiaculis arreis, aut testarum plerumque vulgo locamentum terrestris fugiens iuuenescens: quæ vel pauida quum reperit aluam maternum, & in eius aditu glomerata peccandit, vel statim se ad proximam frondem conculcit, prius custos novum locamentum in hoc præparatum perlinat intrinsecus prædictis herbis: deinde guttis mellis respersum admoveat, nini manibus, aut etiam trulla congregatas apes recondat. ¶ Ponitur aliquando pro conceptaculo siue theca rei alicuius. Vitruvius lib. 10. Super autem tertium tympanum planum eadem ratione dentatum, inclusum in alterum loculamentum collocetur.

Locuples, pen. ent. genitivum locupletis, pen. prod. Dives, multa possidens: quasi locorum plenus, hoc est multos habens agros, seu possessiones. *capitulum*. Ita. *capitulum*. Hisp. *rico*. Plin. lib. 18. cap. 3. Cognomina etiam prima inde Pili muni, qui pilum pistrinis inueherunt: Pili ues à pinfendo hinc & Locupletes dicebant, loci, id est agri plenos. Est autem hoc nomen omnis generis, secundum Priscianum tam in i, quam in e finiens ablativum. Cic. Attico. Nec moderatior quam Sylla in pecuniis locupletum. Idem in Frument. In provincia locupletis & referta. Horatius 2. Sermon. In locuplete domo. ¶ Neque solum pro diuite, & loca multa possidenti accipitur, veram etiam pro firmo, certoque & magno auctoritatis, indubitateque fidei homine. Vnde Locupletem autorem, restem, tabellarium dicimus, de cuius fide meritò nemo debeat ambigere, *capitulum*. Cic. lib. 3. Offic. Accedit eo testis locupletis Possidonius. Et paulo post, Quorum quidem restem non mediocrem, sed haud scio an grauissimum Regulum nolite quæso vituperare. Quem enim locupletiorum querimus quam principem populi Rom. qui rei nendi officij causa, cruciatum subiret vitio? Locupletis antitheta sunt Egens, & tenuis. Cic. 4. Verr. Nam locupletissimi cuiusque: cunctis exornantur,

tenuissimi auxerant. Idem pro Plancio. Egentes in locupletes amabantur. ¶ Locupletis oratio, diues verborum, & abundans. Cic. 3. de Orat. Inde ille licentior, & diutior fluxit dithyrambus: cuius membra & pedes, ut ait idem, sunt in omni locuplete oratione diffusæ. ¶ Locupletis etiam aliquando per translationem ponitur pro instructo & copioso. Cic. 1. de Natu. deo. Locupletior igitur hominum natura ad beatæ vitæ studium, quam deorum: quod pluribus generibus fruitur voluptatibus.

Locupletio, as, pen. prod. Dico, locupletem reddo. *capitulum*. Ita. *capitulum*. Hisp. *enriquecer de oro*. Colum. lib. 9. Vt autem periculum & exploratum habeamus, ut locupletet patrem familiæ vincamur cultus. Plaut. Visus est paternæ hereditate locupletari. Cic. 5. Verr. Ob hæc res, quoniam te locupletari, hoc anulo aureo dono. Idem 1. Offic. Hicque arbitrantur se beneficos in suos amicos visum iri, si locupletent eos quacunque ratione. ¶ Huius compositum est Collocupletio quod significat valde ditto. Terent. in Heaut. vbi nunc id fides? Dum ego propter te errans patria careo demens, tu interea loci Collocupletasti te Amphipolia.

Loco, as, Pono, continuo. *capitulum*. Ita. *capitulum*. Hisp. *poner alguna cosa en lugar*. Lu. lib. 1. Castra ab vrbe haud plus quinque millia passuum locat. Virg. 1. Aen. hic alta theatri Fundamenta locant alij. ¶ Interdum est reponere. Plaut. Aulul. Dum aulam domi locatam prequirat, ablatum reperit. ¶ Interdum nuptum tradere. *capitulum*. Ita. *capitulum*. Hisp. *casar hija, o uicta o criada*. Terent. in Phorm. Quæso quid si filiam suam vnicam locaret? Pro eodem etiam dicimus, Locare filiam nuptum. Terent. in Phor. Vt potui, virginem nuptum locati huic adolecenti. ¶ Item Locare in matrimonium. Plaut. in Trinummio, Vbi erit locata virgo in matrimonium. ¶ Hinc Illocabilis, quæ ob inopiam aut deformitatem facili maritum inuenire non potest. *capitulum*. Plautus Aulula. Virginem habeo grandem, dote cassam, atque illocabilem. ¶ Interdum idem est quod precio vtendum do. *capitulum*. Ita. *capitulum*. Hisp. *affitare*. Hisp. *arrendar alguna cosa a otro*. In qua significatio frequenter dativum habet personæ cui quod locatur, cum accusatio rei quæ locatur, & ablativus pretij. Aedes quas in Palatio amplissimas habebas, centum te sesteriis Murio locasse audio. ¶ Sepe tamen pretium non exprimitur. Cic. in Verr. Menamus nobilissimi hominis vxoris fundus erat colono locatus. ¶ Locare alicui operam suam, est aliquid mercede faciendum suscipere. *capitulum*. Gell. lib. 5. cap. 3. Ob querendum victum ad circumagendas molas quæ reuolutes appellantur, operam pictori locasse. Plautus Trinummio, Nam operam meam tribus numis ego locaui ad axes nugatorias. ¶ Locare alicui opus faciendum, dicitur is qui pro opere faciundo alteri mercedem constituit. *capitulum*. Sulpitius Cicero, Curauimus ut idem Atheniensis in eodem loco monumentum ei marmoreum faciendum locaret. ¶ Interdum locare idem est quod collocare, siue impendere: quum operam, pecuniâve bene aut malè locatam dicimus. Plautus Mostel. Nec quæquam argenti locaui tam diu vsquam aquæ bene. Idem Amph. Optumè optumo optumam operam das, datam pulchre locas.

Locatio, as, pen. corr. Frequentativum formatum à supino verbi Loco, a in i mutata. *capitulum*. Terent. in Adelp. Agelli est hic sub vrbe paululum quod locitas foras. Huic demus qui fuerat.

Locaror, oris, *capitulum*. Ita. *capitulum*. Hisp. *el que da de arrendar*. *capitulum*. Proprie dicitur is qui rem aliquam precio vtendam dat: ut, Locaror prædij vel ædij, dicitur is qui pro prædij ædijve usu conductori concessio pretium accipit. ¶ Interdum tamen locaror est dicitur qui redemptori pro opere aliquo faciundo mercedem constituit. Bad. Quamquam locaror sit plerumque, qui pretium accipit, & conductor qui dat: ut sit locaror dominus, conductor inquilinus: tamen non nunquam viceversa euenit ut locaror pretium det, conductor accipiat. Plin. lib. 7. cap. 52. Roma quoque Corindum matertera suæ matris, funere locato reuixit, & locatorem suum ab eo elatum.

Locatio, onis, verbale, Relativum est Conditionis, proprieque eius est qui pretium accipit. *capitulum*. Ita. *capitulum*. Hisp. *arrendamiento*. Cic. 3. Verr. Hic istius scelerata locatio, nefarij, lacerationis, bonis patriis, fortunisque omnibus spoliatus, venit in iudicium. Idem ad Atti. lib. 4. Disturbata porticus Cautique ex s. c. o r. locatione reficiebatur, & ad rectum penè perueniat. ¶ Inducere locationem, est irritam facere locationem, tabulâque de locazione confectas interlinire, aut discerpere. Cic. ad Atti. lib. 1. Asiaticus qui de Censoribus condiderunt, quæsti in Senatu se cupiditate propter plios nimium magno conduxisse, ut induceretur locatio, postulauerunt.

Locusta, itæ, insecti genus est, infirmas habens alas, tam modicis se volatibus & terra atollens, ut faciat potius videtur quam volare. *capitulum*. Ita. *capitulum*. Hisp. *langosta*. In Africa & Syria maiore corpore nascuntur, firmioribusque alis: tanta autem copia, ut herbas, melleque omnes aut erodant, aut tactu adurant. Quinetiam & maria transvolare dicuntur, & absumptis domesticis omnibus, externa pabula querere, non sine infausito præfugio eorum ad quos penetrant. In India monstruosa magnitudinis nasci traduntur, ut interdum trium pedum longitudinem excedant: ex quorum femoribus & cruribus, quum inuenerint, ferrea solent confici. Vide plura de his apud Plin. 11. cap. 29. ¶ Locusta etiam piscis est ex genere crustatorum, corpore longo, corasa ante oculos bina, longa & alpera habet: dictus à similitudine testereis. Plin. lib. 9. ca. 30. Locusta fragili crusta munierunt in eo genere quod caret sanguine. Latet mensibus quinis: & veris principio bene duntaxat exurgit angulum morte, renouatione tergorum. Cetera in aquis utant: locustæ repantur modo fuitant. Si nullus ingruat metus, recto matu; cornibusque sunt rotunditate præpilata, ad latera porrectis: in pauore in latera procedunt: Cornibus inter se dimittant. Vnum hoc animal, nisi viuum seruenter aquæ incoctum, fluida carne non habet callum.

Locustæ, v. s. a, Venetiæ fuit Neroni grata, ex Gallis euocata: cuius opera Agrippina Claudium, & Nero Britannicum de medio sustulerunt: ut est videre apud Tacitum lib. 11. & 12. Iuuen. Saty. 1. Inficiturque rudes melior Locusta propinquas Per famam, & populum nigros efferte matris.

Locutor, Locutor, Locutivus, vide l o q u o r.

Lodix, cis, pen. prod. Lest opacimentum. *capitulum*. Ita. *capitulum*. Hisp. *la manta de cobertor de cama*. Lucialis Saty. 6. Zed, q. 3. 2. modo sub lodice relicis

dictus est in quo Mars Ilium Vestalem virginem compressit, ut est apud Iustinum & Plutarchum. *¶* Fox & Maris lucus apud Colchos, in quo postea hinc erit aureum Phryxianus vellus à percuili dracone asportari. Meminit huius luci aliquoties Valerius Flaccus in Argonauticis. Item Iuuenalis Saty. 1. Nulli nota magis domus est sua, quam mihi lucus. *¶* Maris, &c.

¶ V c v s Augusti, Ptolemaeo lib. 2. cap. 6, Vrbis Caprotorum, in tractu Hispanie Tarraconensis, quam Augusti turrim Pomp. Mela nominat.

¶ V c v s Feronia, Oppidum est Tusciae mediterraneum, non procul à Luca, teste Ptolemaeo lib. 3. cap. 5.

Ludia, Ludibrium, Ludicare, Ludifico, Ludimagister, Ludius, Ludo, vide *l v d*.

Ludus, di, Dicitur in factis, inquit Valla, iocus in verbis. [*¶* *ludus* Ital. *Gioco*. Hisp. *juego*.] Est enim propriè ludus, quodvis ludicrum ad animi recreationem, vel corporis exercitationem fieri solium, proposita tamen quadam ludii spe, & damni periculo. Nam quæ ad solam voluptatem sunt, eodem Valla teste, Lusus propriè dicuntur, vel Lusiones. Vnde Ludum aliter, melius dicimus quam lulum; & contrà, Lulum trochi, melius quam ludum. Accipitur tamen aliquando ludus pro loco, & iocus pro ludo. Horat. lib. 1. Scrm. Satyra 1. Sed tamen amoto queramus seria ludo. Ouid. lib. 3. de Ar. aman. Mille fac esse iocos, turpe est nefasque puellam Ludere, ludendo sepe paratur amor. In posteriore iocus ponitur pro ludo, sed hoc rarius. Nam ferè ludus ita accipitur ut de factis dicatur: & præcipue de priuatis quibusvis ludis. *¶* Nam spectacula publica magis ludi dicuntur in numero plurali: ut, Ludi Megalenses, Ludi Cereales, Ludi Apollinares, Ludi gladiatorii. Sed de his postea. *¶* Accipitur etiam Ludus frequentissime pro ipso loco in quo aliquid exercitij fit, in quo scilicet aut vires corporis aut ingenij acumen exercetur, aut etiam in quo pueri instituntur à suis præceptoribus: quod etiam Græci *δὸν γυμνασίον*, hoc est ab exercendo, vocant Gymnasium. Sic dicimus Ludum palestra, ludum pilæ, ludum gladiatorium, ludum litterarium, pro ipso loco in quo huiusmodi rebus exercetur, aut instituitur. *¶* Alconius, Omnia scholam Ludum dixere Romani. Cic. lib. 2. de Orat. Tum hoc in ludo non præcipitur: faciles enim causa ad pueros deferuntur. Quo in loco Cicero ludum dixit pro schola Rhetorum. Sic ludus litterarius, dicitur schola in qua pueri litteris dant operam. Plaut. in Mercat. Hodie ire in ludum occupi litterarium. *¶* Ludimagister, qui præstet ludo literario, de quo paulo post suo loco. Ludum aperire, est ludimagistru agere. Cicero ad Patum lib. 9. Epist. Dionysius tyrannus quum Syracusis expulsus esset, Corinthi dicitur ludum aperuisse. *¶* Per translationem etiam ludus dicitur pro re iucunda, & minime difficili. Cic. de Orat. Omnium cæterarum rerum oratio, mihi crede, ludus est homini non hebeti. *¶* Ludos reddere. Terent. in Andria, Hicne me si imparatum in vestis nuptiis Aditus esset, quos mihi ludos redderet? id est ut me luderet, siue irideret. *¶* Ludos quoque, aliquem facere, est aliquem irridere. *¶* Ludos facere, est quod Gallicum vulgus ait, *je gaudis, je me quer*. Terent. in Phormio. Ut ludos facit? *¶* Ludum nout, à Plauto dictum est eleganter, pro eo quod est perspicuo cæchnam, intelligo dolum. Nempe in Amphitryone, -ata, noui iam ludum: id est solus factum est opera. *¶* Ludos operam facere, est operam perdere. Plaut. in Rud. Iam nunc & operam ludos facit, & cetia. *¶* Aliquando ludus pro cantilena ponitur. Virg. 7. Aegloga, Posthabui tamen illicum mea seria ludo. Ita enim hoc in loco ludum interpretatur Seruius. *¶* Ludo, oblatius ponitur pro per ludum. Virg. lib. 4. Aeneid. Qua ludo indutus belli simulachra crebat. *¶* Lusus verò, & lusio (ve iam diximus) ad voluptatem magis pertinent, siue vlla spe lucri, aut periculo damni: & puerorum propriè dicuntur. Quint. lib. 1. Nihil, me lusus offenderit. Et paulo post, siue etiam nonnulli acutis ingenitis non inuitiles lusus. Cic. de Fini. lib. 5. Insautes lusionibus vel laboriosis delectantur. Idem lib. de Senectute, Sibi igitur alij habeant arma, sibi equos, sibi dantes, sibi clatam, sibi pilam, sibi narrationes & curiosis nobis sensibus ex lusionibus multos talos relinquant & reseruas. *¶* Ponitur tamen quandoque lusus pro ludo, & ludus pro lusu, siue lusus pro ioco: oppositumque ferio, quemadmodum & iocus. Plin. luv. Aristoni, Quos, quatorqueque auctores sequar, faciliè imperari posse confido, ve errare me, sed cum illis finant, quorum non seria modo, verum lusus etiam exprime-re laudabile est. *¶* Ludi verò, tantum plurali numero, spectacula publicæ significationis sunt. *¶* Cic. in Verrem, Inter binos ludos, idem Philipp. 2. de Bruto loquens; Qui ne Apollinares quidem ludos, pro sua, populi; Romani dignitate apparatus, præfens fecit. Sic ludos gladiatorios potius dicimus, quam ludum gladiatorum, quoribus vnum, pluraque paria gladiatorum depugnatura in arenam producuntur. Contra pro loco ubi gladiatores instituntur, melius ludum gladiatorum dicimus in numero singulari. Legitur tamen aliquando ludus gladiatorius pro publico spectaculo. Quint. in Declamat. pro gladiatore, Quod me diu patrat in carcere retentum, quia redemptorem illis diuitem promissam partem, in ludum vendiderunt, hoc est ut me exhiberent in ludis gladiatorii. Frequentius tamen in hac significatione numero plurali videtur. Sic dicimus Apparare ludos, facere ludos, pro edere. Facere ludos alicui muniri, hoc est in honorem alicuius numinis spectacula exhibere. Item cõnittere ludos, id est celebrare. Cic. ad Quinctium fratrem lib. 3. Hic scripsi ad octauum Calendas Nouembriis, quo die ludi cõmittentur. Fuere apud Græcos quatuor ludorum genera præcipue, scilicet Olympici, Pythij, Isthmici, & Nemezi, de quibus dictum est in dictione *ο λυμπικη*. Ludi apud Romanos etiam quatuor erant, Megalenses, Funchres, Plebei, & Apollinares. Ludus, dii, & Ludio, onis, Pro ioculatione, iustione. [*¶* *ludus* Ital. *Gioco*. Lat. *ludus*.] Lusus, Acciti ex Herutia ludiones qui ad tibicinis modum saltabant. Cic. pro P. Sext. Ipse ille maxime ludus, non solus spectator, sed actor, & *ludus*. Ouidius 1. de Arte, Ludus æquarum ter pede pulsar huium. Litus 9. bel. Maced. Et conuulsa ludionum oblectamenta addita epulis. *¶* Ludia, diæ, Dicitur mulier gesticulatrix, quæ saltu, & gestulatione spectatores oblectat. *¶* *ludus* quædam modum viri, qui artem eam exer-

cent, ludiones dicuntur, ut iam dictum est. Martial. lib. 5. Hermes cura labòrque, ludiarum. Marrianus de nuptis Philologæ, Ludiam quandam Gaditanam saltantem vidimus semicinctam.

Ludimagister, Qui ludo literario præstet, *¶* *ludimagister* Cic. 1. de Nat. deo. Sed quum agellus cum non aleret, ut opinor, ludimagister factus est. Ludimagistri (inquit Alconius) dicuntur qui primas literas docent.

Ludibundus, Id est quasi ludens, & nullo negotio. *¶* *ludibundus* Cic. 4. Verrina, Si Vulkeium habebis, omnia ludibundus perficies. Idem ad Tironem, Postero die in Italiam ad Hydruntem ludibundi peruenimus.

Ludo, is, sũm, Nox est significatiouis, & constituit ferè cum ablatiuo eius rei, qua luditur. [*¶* *ludo* Ital. *Giocate*. Hisp. *jugar* à *burlar*.] Terent. in Adel. Ita vita est hominum, quasi quum ludas telleris. Cic. in Anton. O hominem nequam, qui non dubitat vel in foro alea ludere! Idem de Orat. Ut qui pila ludunt, non videntur in ipsa lusione artificio proprio palæstræ: sed indicat ipse motus didicerintne palæstram, an nesciant. *¶* Nonnunquam etiam cum accusatiuo. Sueton. in Augusto, Aliquando ut vincat, ludat assidue aleam. *¶* Sic dicimus ludere ludum; & ludere ludo. Terentius in Eunuchio, Consimilem luserat iam olim ille ludum. Plaut. in Mostel. Scis solere illam atatem tali ludo ludere. *¶* Ludere alieno corio, est in re aliena munificere se præbere & liberalem: ut contra, Ludere suo corio, est de suo largiri, aut suo sumptu periculose quippiam aggredi. Martial. lib. 3. Das gladiatores suorum Regule cerdo: Quodque tibi tribuit fibula, sic rapit. Ebruius es: neque enim faceres hoc sobrius vnquam. *¶* Velles corio ludere cerdo tuo. *¶* Interdum est deridere, iocari, leuiter, siue seutilliter iocari, vel alterum deludere, siue eludere. *¶* *ludere* Plautus in Añinaria, Nec me cur ludatis scire possunt. Terent. in Adelphis, Cur non ludo hunc aliquantisper? melius est, Quandoquidem hoc nunquam mihi voluit credere. Plin. ad Fab. Ludere me purasferio peto. *¶* Interdum moueri, Terent. in Adel. Congruum istum maximum in aqua sinio ludere paulisper. Virg. lib. 6. Aen. -geminos huic vbera circum Ludere pendentes pueros. *¶* Interdum canere, pulsare. Gellius, Is optime ludere à magistro eius didicerat. *¶* Interdum verbis scribere, sed non nisi in opusculis ferè, qualia sunt Epigrammata, & huiusmodi opuscula, lusus dicuntur. Virg. 1. Aegloga, Ludere quæ vellem calamo permittit agresti. *¶* Interdum amittere, perdere. Terent. in Phorm. In illis fructus est, in his opera luditur. Nam ludere operam, est ipsam perdere, & frustra laborare. Plaut. in Casina, Si nunc me suspendam, meam operam luserim. Vbi notandum, ludo modo actiuum, modo neutrum esse, ut ex his quæ scripta sunt, intelligi liceat. *¶* Interdum decipere. *¶* *ludere* Virg. lib. 1. Aeneid. Vana spe luseram amantem. *¶* Ludere aliquem dolis, est dolo circuenire. Terent. in Eunuchio, An potius hæc pati æquum est fieri, ut à me ludatur dolis? *¶* Ludere in numerum, est saltare ad rhythmi modum, & sonum cantilene. Virg. in Sileno, Tum verò in numerum Faunorum, feratque; videtes Ludere. *¶* Ludum me verba, venuste dicitur, pro inaniter iactantur, in cassum volant, & tanquam ludibria sunt. Propert. lib. 2. Non audis, & verba finis mea ludere. Fortasse legendum est, Verba finis me ludere: ut dicamus ludere verba, quemadmodum dicimus, ludere operam, hoc est perdere. Lulum ite. Horat. 1. Scrm. Saty. 5. Lulum ite Mecenas, dormitum ego, Virgilius.

Lusus, lusa, lulum, participium. Deceptus, falsus. *¶* *lusus* Cic. lib. 2. de Finibus, Sed & illum quem nominauit & ceteros sophistas, ut & Platone intelligi potest, lusus videmus à Socrate.

Lusio, ras, frequentatiuum. *¶* *lusio* Plaut. Capt. Nam ubi illud adueni, quasi patrisis pueris, aut monedula, aut anates, aut cornices dantur quibuscum luserint.

Lusor, lusoris, verbale, Qui ludit aut decipit. *¶* *lusor* Plaut. Amph. Quid enim censet, te ve deludam contra ludum meum, Qui nunc primū te aduenisse dicas, modo qui hinc abieris? Quid lib. 4. Trist. Eleg. 9. Ille ego qui fueram tenerorum lusor amoris. Id est scriptor.

Lusoria, a, um, Quod ad ludum spectat: *¶* *lusoria* Plaut. Tabula lusoria, in qua telleris luditur. Plin. lib. 37. cap. 2. Transiit alium cum telleris lusorium gemmis duabus. Lusoria questio, vel quæ ludo sit, vel de ludo tractat. Plin. lib. 7. cap. 5. Pudore Diodorus sapientis Dialecticæ professor, lusoria quæstione non protinus ad interrogationes Scilbonis dissoluta, obicit.

Ludifico, as, actiuum, & Ludifcor, aris, deponens, Derideo, seu per iocum & ludum fallo. *¶* *ludifico* Ital. *briffare, dileggiare*. *¶* *ludificare*, *ludificare*, *ludificare* Plautus in Casina, Iam hic est lepidè ludificatus. Terent. in Phorm. Ergo sic me ludificamini? Plaut. in Cist. Mea mihi rem perire, & ludificare filiam. Idem in Amphit. Rogasne improbe etiam, qui ludificas me? Cic. pro Ros. Ainer. Quum enim aliqui habeat quod possit criminosè ac suspiciosè dicere, aperit ludificari & calumniari sciens non videatur. Lin. 1. ab vbe, An quicquam superbius esse, quam ludificari sic omne nomen Latinum.

Ludificans, is, participium. *¶* *ludificans* Silius lib. 7. -feci simulabant sanguinis enses Ludificante ducem Fabio.

Ludificatus, aliud participium. *¶* *ludificatus* Silius lib. 7. -variè nunc læuus in orbem. Nunc dexter, lumbis flexo per deuia gyris Ludificatus equo. Plaut. Bacchid. -neu quid ei succentur Mea causa, de auro quod eum ludificatus est. Ludificatus passiuè. Sallust. in Iugurtha, Ludificati inueto prælio.

Ludificatio, nis, i, fũm, & c. *¶* *ludificatio* Liu. li. 8. Dec. 4. Fetti iam ludificatio ista non potest.

Ludificabilis, is, i, fũm, & c. *¶* *ludificabilis* Plaut. Caf. Neque vquam ludos tam festiuos fieri quam Hic iurus sunt ludi ludificabiles Seni nostro.

Ludibrium, brii, Res vana & deridenda. [*¶* *ludibrium* Ital. *scherzo*. Hisp. *burla* à *escarnio*.] Virg. 6. Aen. -solis tantum ne nomina manda: Ne turbata volent rapidis ludibria ventis. Vnde haberi aliquid ludibrio dicimus. *¶* *ludibrium* id est derisus, & contemptus. Terent. in Hecyra, Non sic ludibrio tuis factis habitus effem. Esse alicui ludibrio, est derideri, vel illud à aliquo. Cic. ad Brutum, Nec pati sceleratissimo hosti ludibrio esse imperium populi Romani.

Ludicrum, cri, substantiuum, pen. corr. Id est ludus, & quæcumque res iocularis, & non seria. *¶* *ludicrum* Ital. *cosa da scherzo*. Hisp. *cosa de burla* à *juego*.] Liu. lib. 1. ab Vrbe, Iam tum in Palatino monte Lupetral hoc fuisse

obestor diuimortales, qui meæ menti lumina prætulisti, quum consensum extinxeris conatibus, arecēq; vrbis ab incendio ac flamma liberavi. ¶ Lumina ciuitatis, dicuntur insignes vici, & clari. Cic. in Catil. Orat. 3. in fine, Lumina ciuitatis extincta sunt. ¶ Lumina in pictura, ymbra opponuntur. Plin. lib. 35. cap. 5. Tandem se ars ipsa distinguit, & inuenit lumen, atq; ymbra, differentia colorum alterna vice sese excitante: deinde adiectus est splendor alius hic quàm lumen, quem quia inter hoc & ymbra esset, appellauerunt tonon. ¶ Lumina orationis, lumen sententiæ & figuræ quæ suis locis, velut emblemata quædam interiecta, orationem nitum in modum illustrant.

Lumino, as, [φωδω Ital. *illuminare*, *alluminare*. Hisp. *Alumbrar*.] à quo **Lumino**, as. Eiusdem verumq; significationis. *αλλοειδω*. Martiauis, Quos stellantibus oculis interfectos crebri vibratus ignium luminabant. ¶ Relumino, lumen reddo.

Luminare, aris, ipsum lumen, aut id quod claritatem, splendoremve de se diffundit. [φωσφω Ital. *lume*, *luminare*. Hisp. *Lumbrera*, *de cuerpo luzia*.] Hieronymus in Gen. Fecit Deus duo luminaria magna: vnum vt præficeret diei, alterum vt præficeret nocti. ¶ Luminaria item per translationem appellamus viros eximios, in quibus singularis quidam virtutis splendor elucet, quique sui ordinis hominibus decori est, & ornamento. Cic. 2. Philipp. In te autem M. Antoni, id decreuit Senatus, & quidem in oculis, nondum tot luminaribus extinctis, &c. id est tot egregiis viris, qui sunt lumen & splendor, ac ornamentum Senatus & ciuitatis.

Luminosus, a, um, Quod est clarum, & apertum. [φωδω Ital. *luminoso*. Hisp. *coisa ilena de lumbr*.] Cic. in Orat. Tum sunt maximè luminosi, & quasi aduocati partes dux.

Luna, lunæ, A lucendo dicta, quod noctu sola luceat. [σελήνη Ital. & Hisp. *Luna*.] Alij lunam quasi lucem alienam dicunt, quod lumen à Sole recipiat. Cic. in Somnio Scipionis, Ex quibus ea erat minima, quæ vltima celo, citima terris, luce lucebat aliena. Hæc Solis discipula, obsequitur curribus superis, & prout accedit ad Solem, vel recedit à Sole, crescentis aut senescentis, dispersat lunam, id eoq; semper est instabilis. Ouid. 1. Metamorph. Nec par aut eadem nocturnæ forma Dianæ Esse potest vquam, semperque hodierna sequente. Si crescit, minor est: maior, si contrahit orbem. Luna vt inquit Macrobius dispensationibus septenariis luminis (ut vices semper in lege variando disponit. Primis septem diebus dimidiata semiorbem ostendit, Græcōq; sermone *δισμυλον* & *δισμυλον* vocatur, quasi dimidia. Secundo totum orbem complet, sitq; plenilunium, quod Græci *πλησιν* vocant. Tertiis rursum *δισμυλον* efficitur. Quartis sit totius lunæ cum Sole, quod interlunium vocant, & silentem lunam, & interuenientruam. Græcè *αυδω* dicitur. Hinc plenilunium, quod est quum luna quintadecima & rotunda est, Soliq; ex diametro opponitur. Plin. lib. 1. 8. Quum verò occidente Sole oritur (scilicet luna ex aduerso) ita vt pariter aspiciantur, tunc erit plenilunium. Interlunium, quum apparere desierit, & noua sit, & coeunte vel silenti luna. Vnde lunæ coniunctio dicitur dies silentis lunæ. Luna vigesima, pro vigesimo die post nonam lunam. Plin. lib. 2. ca. 97. Actus idem triduo in mense consistit, septima, octaua, nonaq; luna.

Lunula, diminutiuum, αλνυλιν. Plaut. in Epid. Lunulam, atque anellum aureolum in digito.

Lunaris, are, Quod ad lunam pertinet. *αλνυλιν* vt, Lunaris ratio, Lunaris annus. Plin. lib. 1. 5. cap. 13. Lunaris annus, qui mense vno sum efficitur. Ouid. 1. 5. Metamorph. Cxtuleus, & vultum ferrugine lucifer atra Sparfus erat: sparsus lunares sanguine curus. Idem 5. Fast. Sol quoq; eum stellis nulla grauitate retentus: Et vos lunares exiliuisti equi. Cic. in Som. Scipionis, Quam ob causam summus ille celi stelliferi cursus, cuius conuersio est incitator, acuto & excitato mouetur sonoro: grauius autem hic lunaris & infimus.

Luno, lunas, lunare, In modum lunæ, quando in cornua curuatur, & dicitur. [σελήνη Ital. *Torere à guisa di luna*. Hisp. *Plegare en guisa de luna*.] Ouid. 1. Amo Lunatusq; genu, sinuosum fortiter arcum, id est intendit.

Lunatus, a, um, Quod est ad lunæ similitudinem factum, vel quod habet speciem lunæ. *αλνυλιν* vt, Lunatum ferramentum. Columel. lib. 1. 2. cap. 54. Deinde, sicut conueniunt (salsamarij, deussatim) foramentum lunato incidit. Tres enim sunt figuræ crescentis lunæ, nam modò curuatur in cornua, modò in orbem circumacta, vt quum est plena, & Soli aduerso: modò dimidio orbe cæsa: hoc est quum aqua proportionè diuiditur: & ob id à nostris diuidua, à Græcis *δισμυλον* vocatur. Virg. lib. 1. Aeneid. Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis Penhesilea furens. Classis lunata, Lucanus lib. 3. Cauda lunata delphinorum, Seneca Oedip. Frons lunata vituli, Claudianus de Rapt. Prof.

Lunatici, Dicuntur qui furore laborant, non illo quidem perpetuo, sed interualtis quibusdam recurrente. *αλνυλιν* Quod mali genus inde nomen accepit, quod iis qui ipso interuallo nati sunt, familiare esse consueuerit: siue quòd statis lunæ ratione interualtis soleat recurrere. Iulius Firm. 4. Mathe. Et si luna male fuerit collocata, aut spasticos, aut lunaticos, aut caducos facit.

Lunæ, Hetruriz oppidum ad mare situm, secundissimis candidi marmoris fodinis, quod ab eo Lunense dicebatur, olim nobilitatum. Vulgò **Luni**. Plin. lib. 3. 6. cap. 6. Adiecit idem Nepos, Mamurram totis ædibus nullam nisi è marmore columnam habuisse, omnes solidas è Caristio, aut Lunensi. Lucanus lib. 1.

quorum qui maximus ævo,
Atrius incoluit defecit mania Lunæ, &c.

Lunensis casus, A Luna vrbe nomen accepit, quæ fuit in ea parte Hetruriz, quæ Liguriz proxima est. Erat autem hoc casus genus sola magnitudine laudatum, vt quod librarum mille pondus nonnunquam aquaret: vnde inter seruorum obsonia referret à Martiale, lib. 14. Casus Hetruricæ signatus imagine Lunæ Præfuit pueris prandia mille tuis. Plin. lib. 1. 1. cap. 42. Mixtum Hetruriz æq; Liguriz consilium Lunensem mittit, magnitudine conspicuum: quippe & ad singula millia pondo premittit.

Luna & promontorium, Hetruriz promontorium, non procul à Macra Bruia: cuius meminit Ptolemæus lib. 3. cap. 1. *αλνυλιν* &c. ¶ Est item eiusdem nominis promontorium in Lusitania, non procul à Tagi ostio, apud eundem Ptolemæum lib. 2. cap. 5.

L V N A R I V M, Promontorium Laetianorum in Hispania Tarracensis: cuius meminit Ptolemæus lib. 2. cap. 6. Alio nomine, Mons Iouis.

Luo, luis, lui, Significat perfoluo. [λύω Ital. *Purgare*, *purgare*. Hisp. *Lassar à pagar la pena*.] Luit. lib. 1. ab Vrbe, Vt tamen debito supplicio scelus luerit: id est soluerit, seu purgaret. Dictum putatur à verbo Græco λύω, quod inter cætera significat crimen purgare: aut λύω & λύω, quod est lauare, siue ablucere. Luere pœnas, est dare pœnas, seu ferre supplicium. Cic. Attico lib. 3. Itaq; mei peccati luo pœnas. Sic luere supplicium, est supplicio affici. Iustini. lib. 1. Quicunq; capi potuerunt, supplicia crucibus luerunt. Luere capite, est capite plecti. Liu. 9. ab Vrbe, Obsides etiam sexcenti imperati capite luerunt. Luere maculas sanguine, est abstergere, purgare, eluere, & tum à lauando quidam ductum volunt. Cic. in Verrem. act. 7. Errabas Verres, & vehementer errabas, quum te maculis suorum & flagitiorum tuorum, sociorum innocentium sanguine luere arbitrabare. Luere peccata, est delictorum supplicium ferre. Liu. 8. bel. Maced. Ego tamen, & cum aliis pro dignitate imperij vestri coactis luere peccata sua, pacem pepigi. Luere aliquando est, pretium redemptionis redemptori offerre, ait Bud. Vlp. Qui status controuersiam patiuntur, non debent per id tempus militare: sed nec hi qui ab hostibus redempti sunt, prius quàm se luant.

Luitur, impersonale. Lucanus lib. 2. hac hæde luitur

Quicquid Romani meruerant pendere mores.
Luitio, onis. *λύω*. Vlp. de capt. & postli. reuel. Si patre redempto, & ante luitonem defuncto, filius post mortem eius redemptionis quantitatē offerat, dicendum est suum ei posse heredem existere. Hinc componitur Reluo, pro soluo, seu repignero. Nam in alia significatione componitur à lauo, scilicet diluo, proluo.

Luiturus, participium. Luitura pœnas puppis. Claud. 4. Pauegyr.

Luendus, Ouid. 2. Trist. Scilicet in superis etiam fortuna luenda est.

Lupa, Lupanar, Lupanarius, Lupatum, vide L V P 5.

L V P 5. a. & a. 2. à lupa dicitur, locus sub Palatio monte, sacratu ab Euan dro Pani Deo Arcadiz, qui Lycaus vocatur, eo quod non sinat lupos in oues fruire. Quauis quidam ita appellatum vclint, quod lupa ibi Remum & Romulum nutritur. *λυκαίον*. Ouid. 2. Fasto.

Illa loco nomen fecit, locus ille Lupercal:

Magna dati nutritrix præmia lactis habet.

Lupercalia, Solennia quædam sacra dicebantur, quæ mense Februario à Lupercis fiebant in honorem Panos pastorum Dei. *λυκαία*. Cic. ad Qu. Fratrem lib. 2. Hodierni dici res gestas Lupercalibus habebis. Sernius enarrans illud Virgilij lib. 8. Aen. Hic exultantes Satios, nudosq; Lupercus. Quj, inquit, in honorem Panos Lupercaliorum solennitas celebraretur, pœcota Romanorum subitò à sacronibus rapta sunt. Illi, proiectis vestibus, persecti sunt latrones: quibus oppressis, & receptis animalibus, propter rem à nudis piofperè gestam, consuetudo permansit vt nudi Lupercalia celebrarent.

Luperci, Sacerdotes erant Panos Dei pastorum, qui Lupercaliorum die nudi per urbem currabant, prægnantibus mulierum manus, vteroque captina pelle feriebant: quæ & fecunditatem, & facilem partum fieri putabant. ¶ Dicit autem creduntur Luperci à Pane Deo pastorum qui sacra faciebant in Lupercali. Græci enim Pana vocant Lycæum, nomine *λύκος*, hoc est à lupo, deuotio, quod oues à lupis tutari credebatur. Vel à Lyco monte Arcadiz in quo Pan colebatur. Ouid. 2. Fast. Quid verat Arcadia distos de monte Lupercos? Faunus in Arcadia templa Lyceus habet. Cicero 2. Philipp. infectatur M. Antonium quod in Lupercalibus, in quibus sedebat Cæsar amictus toga purpurea, in sella aurea coronatus, se Lupercum exhibuerit.

L V P 1. a. Germaniz fluius Pomponio lib. 3. Coniectura est, inquit Vadianus in Melam, eum esse quem hodie Neccharum vocant, qui haud longè à Danubij fontibus ortus, per Vintembergensem ducentum lapsum, moxq; in Occalum versus, Rhenum scosum illabitur. Strabo Ion geus, quum Pomponius Lupiam in Visurgium deferri ait, vt Lupiz nomine non Neccharus, sed is amnis quem hodie Fuldam vocant, intelligatur. Tacitus (ad id in te tantilla variant scriptores) libro Augustæ historiz 2. Lupiam vocat amnem non in Rhenum, sed in Oceanum elapsam. Hæc Vadianus. Cuius viri aliqui diligentissimi lapsum tam lupinum satis mirari non possunt, præsertim in lux Germaniz chorographia. Constat enim Lupiam Bructerorum (hodie Vuestphalos ag. pellant) fluium esse, qui etiam hodie nomen retinet, non procul à Badenborna nascentem: cuius caput exat oppidulum, quod Germani sua lingua *Lipemprunum*, quasi Lupiz fontem appellant; aliudq; circa medium fere fluminis tractum videntur oppidulum, quod eodem cum flumio nomine Lupiam nominant. Labitur autem in Rhenum (quod & Mela asserit) circa Velsalam agri Cluuenis oppidum.

L V P 2. a. & a. 2. Ptolemæo lib. 2. cap. 11. Vrbis Germaniz, hodie Myfina, Vulgò *Meissen*.

Lupinus, ni, & Lupinum, ni, substantiuum, Leguminis genus est omnium amarissimum, quod sui circumacti agricolis hortas etiam nubbilo die ostendit. [λύπη Ital. *Lupin*. Hisp. *El altramuç*.] Dicitur autem putatur Lupinus à lupi natura, quod non minus terram appetat, vorazq; illius sit, quàm lupus: & tellurem adeò amat, vt quauis fructuoso solo coniectum inter folia vepræq; ad terram tamen radice perueniat. Vide Plin. lib. 18. cap. 14. Horat. 1. Epist. 7. Nec tamen ignorat quid distent æra lupinis. Vide Erasum in Chiliad. Virg. 1. Georg. tritiscq; lupini Sustuleris fragiles calamos.

Lupus, lupi, Animal rapax, quod nulli notum non est. [λύκος Ital. *Lupo*. Hisp. *Lobo*.] Huius form. est lupa. Ouid. 1. Trist. Excussa est auidi dentibus agna lupi. Horat. Epod. 15. Dum pectori lupus, & nautis infestus Orion Turbaret hybernū mare. Virg. 3. Georg. Quid lynces Baechi variz, & genus acre luporum, Atq; canum? Horat. Epod. 16. habi. randaq; fana Apris relinquunt, & rapacibus lupis. Virg. 6. Aen. pleno lupus indidiatus ouili. ¶ Est etia Lupus, piscis genus quem Romani olim piscibus omnibus prætulerunt: ubiq; præcipue, qui in Tyberi inter duos pontes capti essent: quos catilloas, hoc est liguritos vocabant: metaphora ducta ab hominibus gulosis, & delicatis, quos ideo catilloas vocabant antiqui, quod absumptis cibis ipsos etiam catillos lingebant antiqui, quod absumptis cibis ipsos etiam catillos lingere.

nis primum est lutum priore syllaba producta, quo nomine herba quædam significatur, croceo colori tingendo idonea, quâ & lutum nominat Plinius, vt paulo post laevis sumus dicturi. Hoc colore nupialia vela, quæ flammea vocabant, olim tingebantur. Plin. lib. 2. 1. ca. 8. Lutei video honorem antiquissimum, in nupialibus flammeis eorum, feminis concessum. Lucan. lib. 1. Lucea demissis velatur flammea vultus.

Luteolus, diminutivum. *ὑπολευτός*. Virgil. 1. Aeglo. Mollia luteola pingit vacinia calcha. Colum. lib. 12. cap. 47. Oliua paupra vel orchita, quum primum ex albo dulcoratur, fitque luteola.

Luteus, priore correpta, vide *l v t v m*, priore correpta.

Luto, as, vide *l v t v m*.

Lutra, z. Animal est ex iis quæ Græci ἀμφίβια, vel ἰπποδάμια, simile fibro, sola cauda ab eo differens. *ἰπποδάμια* Herodotus. Nam fiber, piscis eandem habet. Plin. lib. 8. cap. 30. de fibro loquens, Cauda piscium iis: exterius pars lutra. Vetusque aquaticum, vtrique mollior pluma pilus.

Lutrinus, i. pen. corr. Terra est humore soluta, quam & conum vocamus. *πυλός*. Ital. *Fango lotto*. Hisp. *Lodo*. Iunenalis Saty. 6. Compotitque luto nullus habere parentes. Horat. lib. 1. Epist. 2. Vixisset canis immadus, vel amica luto, ius. Fictus ex argilla & luto homulus, Cicero in Pisonem. Volutatus in luto totius corporis vestigiis Vetres, Cice. 6. Verr. Pocula composuit de facili luto, Tibullus lib. 1. Eleg. 4. ¶ In eodem luto hæsitare est sic implicari cuiuspiam negotio, vt se inde nequeat extricare quin in idem aliudve simile recidat. Terent. in Phormione, quid nunc porro? Quid fecit in eodem luto hæsitas, vorsturam soluis. Geta: præfens quod fuerat malum, in diem abiit, plagæ crescent. Vide Efram in Chlidadiis. ¶ Per translationem Plautus in Persa lenonem vocat luto, Pollum, inquit, te facere, vt argentum accipias, lutum!

Luteus, a, um, prima syllaba correpta, Quod ex luto confectum est. *πυλός*. Ital. *Di terra, di lotto*. Hisp. *Cofa toda de lodo*.] vt, Luteus paries, lutea vasa. Quidius lib. 1. Fasti. ignotaque prodit lutundo. Et luteum celsa sub trabe fingit opus. ¶ Per translationem luteum dicimus, quicquid vile est, & nullius pretii. Plaut. in Poen. Neque peritior, neque peior alter vsquam est gentium, Quam herus meus est, neque tam luteus, neque tam cæno collius. Idem in Truc. Butea & lutea est meretrix, nisi quæ sapit in vino ad rem fam. Cic. 6. Verr. Tum illos capisse Prætori dicere, putasse id se, quod audisset, alicuius pretij scyphos esse Pamphilum lutum negotium esse, non dignum quod in suo argento Verres haberet.

Lutulos, a, um, Cenotus, luto plenus, vel luto infectus. *πυλός*. Ital. *Fangoso*. Hisp. *Lleno de lodo*.] Plinius libro 18. cap. 19. Lutulam terram ne tangito. Colum. libro 12. capite 54. Rapient quam rotundissimam summo, eaque si sint lutosa, detergit, & summam eorum nouacula decerpito.

Luro, as, Luto inficio, lue obolino. *πυλός*. Ital. *Infangare*. Hisp. *Enlodar con lodo*.] Cato de Re rust. cap. 92. Postea conspergito amica bene omne quod luraucis. ¶ Ponitur etiam pro maculare. Martialis. lib. 14. Ne lutee immundum nitidos ceroma capillos.

Lutescere, Significat luteum fieri, & in luti morem mollescere. *πυλός*. Ital. *Dinenir fango*. Hisp. *ser enlodado*.] Colum. lib. 8. cap. 17. Nam quæ limo, conopis, lutescent, vt ante iam dixi, conchylitis magis, & iaceantibus apta sunt animalibus. Nonius ex Poëta quopiam, Sanguine diluitur tellus, quæ terra lutescit.

Lutamentum, ti, Paries, aliudve opus ex luto confectum, lutove oblitum. *πυλός*. Cato de Re rust. cap. 18. Neque mures caua facient, neque herbe nascentur, neque lutamenta scindent se.

Lutulentus, a, um, Idem quod lutuosus. *πυλός*, *βαρβαρόδης*. Colum. lib. 1. de Arboribus, cap. 12. Lutulentam terram neque arare, neque fodere oportet. Cice. in Sallustium, Itaque nihil aliud studet, quam vt lutulentus sus cum quouis volturi. Horat. 1. Serm. Saty. 5. de Lucilio, Quum fluerec lutulentus, erat quod tollere velles.

Lucarius, a, um, Quod in luto degit: *πυλός*. vt, Testudines lutariæ, apud Plinium libro 32. capite 4. Lucarius nullus, qui ex luto libi pabulum petit, vilissimum ex omni mullorum genere, teste Plinio, libro 9. capite 17.

Lutum, penultima producta, Herba eadem est quam & lutcam diximus vocari, quæ olim ceruleo subtrita chrysolleam adulteritiam faciebant. *λυσιπύλως* quibusdam. Virgil. 4. Aegloga, Ipse sed in pratris aruere iam suæ rubenti Murice, iam croceo mutabit vellera luto. Vnde trivius lutum appellat per tres syllabas. Vnde nonnulli etiam apud Virgilium, Luto, legendum censent, duabus postremis syllabis in vnam contractis.

Lux, is, Splendor, fulgor, claritas, & propriè ea quæ à Sole diffusa orbem illustrat. *πύξ*. Ital. *Luce, splendore*. Hisp. *La lux*.] Cice. de Diuitiis. Si Deus erat, cur se contra naturam addidit, vt perfectus ataroe lucem aspicere? Hinc luce inueneri dicimus, pro eo quod est vita frui. ¶ Quoniam autem dies clara est, quemadmodum nox obscura, ponitur quandoque pro die, sicut nox, pro tenebris, Gell. libro 2. cap. 19. A luce orta, aut in paltum profecta est. Martialis. libro 8. Quum facias versus nulla non luce ducentos. Cice. pro Mil. Censeamus lux est hæc ab interitu P. Clodij, & opinor, vltra. ¶ Prima luce, hoc est vbi primum cæperit diluiscere: sicut contra, Primum tenebris, id est incipiente iam nocte. Terent. Adelphi. Cæterum sus cum filio cum prima luce ibo hinc. Vbi Donatus, Cum primo luce legit, dicens, Cum primo luce, veteres dicebant, Lucum pro luce, seu Sole ponentes. Ergo, Cum primo luce, quum primò Sol cæperit lucere. Liu. 1. ab Vrbe, Vt omnes ciues Romani, equites, pedesque, in suis quique centuriis in campo Martio prima luce adessent. ¶ Lux autem *λύξ* *λύξ* dicta est: *λύξ* enim veteres Græci appellant primam lucem, quæ præcedit Solis exortu: quod etiam lumum maue dicitur. ¶ Aliquando idem est quod splendor, & nitor. Lucetius lib. 4. Viridis quum luce smatagi. Virgil. 2. Aeneid. Exultat telis & luce coruscus athena. ¶ Ponitur aliquando pro vita. Cice. 1. Tuscul. Tamen obiciebatur interdum animo metus quidam, cogitanti fore aliquando finem huius lucis, & amissionem omnium vitæ commodorum. ¶ Lucis vsuram alicui dare, est facere eum viuere. Cice. in Verrem, act. 7. Cur, inquam, ciuibus Romanis, quos piræte cepant, securi statim percussis, ipsi piratis lucis vsuram tam diuturnam dedisti? ¶ In luce, pro publico dixit venustè Ciceo in Cato. Maiore,

Nec

Nec verò ille in luce modo, atq; in oculis cinium magnus, sed intrus domiq; praestantior. *Luc mea, blandimeti genus, quo mulierculis blandimur.* Martial. ad Gell. Si non mentiris, si verum lux mea dicis. Cice. Terent. lib. 1. 4. Hein mea lux, meum desiderium. *Luc pro oculis.* Stat. lib. 1. 1. *Lucba.* Et effose qualent vestigia lucis. *Luc* in plurali, pro stellis. Cice. in Arato. Ille quæ fulgent lucis ex ore corusco.

Luci, adverbium, Id est interdiu. *[Ital. Di giorno. Hisp. Entre día.]* cui opponitur noctu. Cice. 2. Philipp. Quis enim audeat luci, quis in militari via, quis bene comitatum, quis illustrem aggredi? Plautus in Menæchmis. O facinus indignum & malum, Epidamni ciues, herum meum Hoc in pacato oppido luci decipier in via!

Luculentus, a, um, Quod est luce plenum, splendens. *(Luculentus, Luculentus.)* Ital. *splendido, pieno di luce.* Hisp. *claro, lleno de luz.* Cice. 2. de Finib. Cammino luculento vradum. Plaut. in Cure. Pulchrum & luculentum hoc nobis euenit præliū. *Aliquando accipitur pro ornato, perspicuo & aperto.* Sallust. in Carilina. Tum M. Tullius orationem habuit luculentam, & vtilem Reipub. *Quoniam aliquando pro probato, & optimo: ut quum Cice. ad Atti. lib. 7. dicit, Luculentus autem, & Luculenta conditio: id est optima, vel optima. Plautus in Rud. Vin. tibi luculentam conditionem ferre mei.* *Aliquando pro diuite.* Plaut. in Capt. Multos iam luculenti homines reddidit. *Aliquando pro magno.* Cice. 7. Philip. Luculentam tamen ipse plagam accepit, ut declarat cicatix.

Luculenter, adverbium, Egrege, & splendide. *(Luculenter, Luculenter.)* Cice. 2. de Finib. Quum Græce, ut videor, luculenter sciam.

Luculentus, idem. Cice. 1. de Diuinatione. Quæ ipse paucis interpositis verbis dicas facis luculentus. *Aliquando ponitur pro aperte.* Cice. de Claris Orato. Et luculentè scripserunt, etiam si minus, quam tu, polid.

Luculentitas, ritatis, Antiquum est. Liberius Turca, ut citat Nonius, Dominus noster tua luculentitate capus.

Lucere, ces, xi, Splendere, lucem emitto. *(Lucere, Lucere.)* Ital. *Lucere, risplendere.* Hisp. *Lucir, risplandescer.* Cice. in Somn. Scipionis, Luna quæ luce lucebat aliena. *Aliquando significat diem esse.* Plautus in Mil. Vigila, expergescite, inquam, lucet. Cice. pro Roscio Amerino, Occisus est cæna rediens: nondum lucebat, quum America sciatum est. Idem 7. Vertina, Lucebat iam serè. *Lucere facem alicui, aut cerceum, est alicui præferre facem, aut cerceum.* Plaut. in Caf. Primum omnium huic lucebis nouæ nuper facem. Idem in Cutil. Tu te tibi puer es laus, lucet cerceum. *Eius composita sunt, Aluocco, coluocco, diluocco, eluocco, illuocco, interluocco, peluocco, siue perluocco, teluocco, & tranfluocco: quorum significata suis explicantur locis.*

Lucescit, impersonaliter, Clarum fit. *(Lucescit, Lucescit.)* Ita. *si fa giorno.* Hisp. *se hace día.* Plaut. in Amphit. Exire ex vrbē, priusquam lucebat, volo. Liu. 4. ab Vibe, Et iam lucebat, omniāq; sob oculis erant.

Lucens, participium Splendens, conspicuus. *(Lucens, Lucens.)* Ital. *Lucente.* Hisp. *Luce, resplandesciente.* Virgil. 6. Aeneid. Lucentemque globum lunæ. Faces lucentes, Ouid. 3. Fast. Marmora lucentia. Stat. 1. Syl. Tunicæ lucentes auro, Idem 9. Theba.

Lucidus, a, um, Quod est clarum, perspicuum. *(Lucidus, Lucidus.)* Ital. *Lucido, chiaro.* Hisp. *claro, lucido, resplandesciente.* ut Lucida nox, apud Plinium lib. 2. cap. 7. Ouid. Epist. 1. 1. Nec premit articulos lucida gemma meos. Idem 1. Fast. Lucidior visa est, quàm fuit ante, domus. Horat. 1. Carm. Ode 3, Sic fratres Helena lucida sydera, &c. *Aliquo Pellucidus, & Translucidus.* *(Lucidus, Lucidus.)* Quinil. lib. 8. Similiter illa translucida, & versicolor quorundam clocutio res ipsas effeminat.

Lucifer, pen. corr. Stella Veneris, iæ dicta, quæ antegreditur Solem: quum verò subsequitur, Hesperus vocatur, teste Cicrone lib. 2. Natu. deor. & Varrone 3. de Re rustica cap. 5. *(Lucifer, Lucifer.)* Infima est quinq; errantium (inquit Cicero) terrarū; proxima stella Veneris, quæ *(Lucifer, Lucifer.)* Græce, Lucifer Latine dicitur, quum antegreditur Solem: quum autem subsequitur, Hesperus. Virgil. lib. 2. Aeneid. Iamque iugis summæ surgebat Lucifer Idæ. *Dudebatque diem.* Ouid. 8. Metamor. Iam nitidum reterege diem, noctisque fugante Tempora Lucifero: cecidit Eurus, & humida surgunt Nubila, &c.

Luciferus, fera, ferum, adiectiuum: ut, Diana lucifera, Valer. Argo. 7. Equi luciferi, Ouid. Epist. 1. 1, Iam nouis erat ortu foror pulcherrima Phœbi, Deniq; Luciferus Luna premebat equos. *Luciferum Poëta filium facit Iouis & Auroræ, qui Trachyniam nympham amauit, & ex ea suscepit geminam prolem, Ceyceum videlicet & Dardalionem. Dicitur autem esse Auroræ filius, quia stella illa quæ & Venus dicitur, manè solem præcedens, quasi ex eiusdem sinu oriū videtur.* Virgil. Argol. 8, Nascere præque diem veniens age Lucifer almuum.

Lucifico, as, penult. corr. Lucidum facio. *(Lucifico, Lucifico.)* Ital. *Dilucidare, far lucido.* Hisp. *hacer lucido.* *Aliquo compositum Elucifico, quod est luce primo.* Liberius apud Gellii, lib. 10. ca. 17, Democritus Abderites Physicus philosophus, clypeum Constituit cōtra exortu Hyperionis, oculos Effodere ut possit splendore areo. Deinde subdit paulo post, sic ego Fulgentis splendore pecuniar volo. *Elucificare exitum ætatis mea.*

Lucifugus, & Lucifuga, pen. corr. *(Lucifugus, Lucifugus.)* Ital. *che fugge la luce.* Hisp. *cofi que huye de la luz.* *Qui fugit lucem, & gaudet tenebris.* Cice. 1. de Fin. Lucifugus, maledici, monstrosi, etiam aliis amatoris leuitatibus dediti. Virg. 4. Georg. - nam sæpe fauos ignotus adedit Stelio, & lucifugis concilia cubilia blattis. *Seneca lucifugus homines appellat, qui contra naturam nocte vtuntur pro die: qui & luxuriosius dicuntur, quasi lucernarij.*

Lucigena, Lucē genitus. *(Lucigena, Lucigena.)* Ital. *Generato di luce.* Hisp. *Engendrado de luz.*

Lucerna, instrumentum, in quo vnum pluraue ellychnia accensa, oleoq; foca, nobis lumen præbet, quanquam etiam non raro pro ipso lumine accipitur. *(Lucerna, Lucerna.)* Ital. *Lucerna.* Hisp. *El candil.* *Uaius prima corripitur, quum tamen in lucco prodeat.* Lucretius, Dispositæ pinguem acubulam vomere lucernæ. Cice. 4. Acad. itaq; Timagoras Epicureus negat sibi iniquam, quum oculum corripisset, duas ex lucerna formulas esse vitas. Plaut. in Mostel. Lucernam forte oblitus fueram extinguere. Plinius, Ex medulla eius elegantium lucernarum ellychnia fiunt. *Lucernarum vsum primi Aegyptij monstrauere, ut ait Eusebius lib. 10. Præparat. Euang.* Lucernarū alia simplex est, quæ habet partem vnam

contum exporrectam, & quæ vno ellychnio contenta est: quæ cubicularia dicuntur: de qua Martial. lib. 1. 4, Alia dimyxos, ad duo ellychnia ferenda, alia trimyxos, ad tria: alia polymyxos, ad plura. Martial. lib. 1. 4, Illustrem quum tota meis conuiuia flammis, Tōtque geram myxos, vna lucerna vocor.

Lucerna, diminutiuum. *(Lucerna, Lucerna.)*

Lucernarius, Qui lucernam fert. *(Lucernarius, Lucernarius.)*

Lucubro, lucubras, pen. corr. Vigilo, & nocte ad lucernam aliquid compono. *(Lucubro, Lucubro.)* Ital. *Lucubro, componere qualche cosa veggiando.* Hisp. *Lucubro, componere alguna cosa leyendo.* Varrone de Origin. No solum ad Aristophanis lucernam, sed etiam ad Cleanthis lucubraui. Liu. lib. 1. 2. ab Vibe, Sed nocte sera deditam lanx, inter lucubrantes ancillas in medio ædium sedentem inueniuit. Cice. in Paradox. Accipies igitur hoc paruum opusculum lucubratum his iam contractioribus noctibus.

Lucubratio, lucubrationis, Vigilia, & opus quod sic lucubrando. *(Lucubratio, Lucubratio.)* Cice. libro 1. de Natura deorum, Nam ista quæ vos dicitis, sunt tota commentaria, viz digna lucubratione ancillarum. *Sunt & lucubrationes rusticanae, vespertinae & anelucanae, quæ dæ vespere & ante lucem consueunt intra villam opera rei villaticæ conducibilia.* Colum. libro 1. 1. cap. 2, Item ad lucubrationem vespertinam palos decem vel ridicas quinq; conficere, totidemq; per antelucanam lucubrationem.

Lucubratoria lectica à Tranquillo in Augusto cap. 78, dicitur in qua lucubrare solebat Augustus.

Luxo, as, Membrum aliquod intorqueo, & loco suo moueo. *(Luxo, Luxo.)* Ital. *Lucubrare, mouer de luogo.* Hisp. *Desconcentrar, desenfajar, bujlar.* *Aliquo Vnde luxa, siue luxata membra, dicuntur locis suis mota, & soluta.* *(Luxo, Luxo.)* Plin. lib. 2. 8, Cato prodidit lustratis membris carmen auxilium: M. Varro pedagris. Idem lib. 3. 1. cap. 6, Luxata hominum corpora & quadrupedum natando in cuiuslibet generis aquam, facillimè in artus redeunt. *Aliquo Et luxari, dicuntur quorum membra suis locis mota sunt.* *(Luxo, Luxo.)* Idem, Alehæ radix decocta luxatis prodest. *Aliquo Stripiunt quoq; radices luxari dicuntur, quum aratro aut ligone perfrictæ mutilantur, locorūq; mouentur.* Plinius lib. 17. cap. 14, Aut culpa vinitorum colentium agrotant vites, quum perfringuntur: aut cicerum fors inuitio istu verberantur, vel etiam subarator impudens luxauit radices, corpulve desquamauit.

Luxus, xus, Non solum pro re venere, sed etiam, & ferè semper propriè quæ pro omni superfluitate, & nimia profusione, & sumptuositate cibi, vestitus, & aliarum rerum cura dici solet. *(Luxus, Luxus.)* Ital. *Lussuria.* Hisp. *Lussuria.* *Aliquo Qualiquera superfluitas viciosa, luxuria.* Cice. 5. Veri. Nihil fore existimatis, cum in vino & luxu non vixisset, qui, &c. Regali luxu splendida domus, Virgil. lib. 1. Aeneid. At domus interior regali splendida luxu Instruitur. Regifico luxu paratæ epulæ, Virgil. 6. Aeneid. Tacit. libro 10, Effusi in luxum, & epulas, & nocturnos cæsus. *Luxum deponere est fastum, pompam, habitudinem splendorem abiecer.* Claudian. lib. 2, Sub trua purpurei venient fastigia reges, Deposito luxu.

Luxuria, as, siue Luxuries, ei, Immodicus voluptatum, deliciarūq; vtus, nimiaque non modo in rem veneream, verum etiam in molliorem vestitum, lautiorūq; epulas profusio. *(Luxuria, Luxuria.)* Ital. *Lussuria.* Hisp. *Lussuria.* *Aliquo Luxuria, superfluitas.* Cice. libro 1. Offic. Luxuria cum omni ætati torpescit, cum senectuti ferè summa est. Et paulo post, Turpe est diffilere luxuria. Idem pro Murena, Odit populus Romanus priuam luxuriam, publicam magnificentiam diligit. Idem pro Sexto Rost. In vrbē luxuries creatur, ex luxuria auaritia, ex auaritia erumpit audacia. Idem 2. Veri. Luxuries in flagitis, crudelitas in suppliciis. *Aliquo In feribibus item, ceterisq; stirpibus, luxuries dicitur quum alimenti vberitate quodammodo lasciuunt, herbarum frondiumve copiam iusto maiorem emittentes.* *(Luxuria, Luxuria.)* Virgil. libro 1. Georg. Luxuriem segetum cuncta depascit in herba.

Luxuriosus, a, um, Immodicè voluptatibus delictisq; indulgens, & non solum in rei venereæ vsu, verum etiam in epulatum apparatu, & vsumque ornatum modum excedens, & plus satis lasciuens. *(Luxuriosus, Luxuriosus.)* Ital. *Lussurioso.* Hisp. *Lussurioso, superfluo, luxurioso.* *Quinilianus in Proæmio libri 1, Muliebris & luxuriosus cultus non corpus exornat, sed detegit mentem.* Cice. de Lege Agraria contra Rullum, Vt in suis rebus, ita in Rempubl. luxuriosus nepos. Idem 6. Philipp. Multa & laura supellex, non illa quidem luxuriosi hominis, sed tamen abundantis. Cice. 2. de Finib. Si ea quæ sunt luxuriosius efficiencia voluptatum, liberarent eos decorum & moris, & doloris metu, &c. Ibidem, Luxuriosi reprehendendi sunt ob eam ipsam causam, quod ita viuunt, ut persequantur cuiusque modi voluptates. *(Luxuriosus, Luxuriosus.)* dicitur nimia, & profusior quàm patet. Liu. libro 2. ab Vibe condita, Sed patribus nimis luxuriosa ea fuit læticia. *(Luxuriosus, Luxuriosus.)* frumenta, quæ tam confectum, & copiose nimis proueniunt, ut imitti in ea solcant oues ad depascendum. Cice. in Oratore de rusticis loquens, Siquidem est eorum gemmarum vites, sitite agros, lætas esse segetes, luxuriosa frumenta. *(Luxuriosus, Luxuriosus.)* vitis, quæ plures aquo frondibus habeat, aut frumenta. Colum. lib. 4. cap. 2, Siquidem luxuriosa vitis, nisi fructu compescitur, male deherescit, & in materiam frondem, quæ effunditur. *(Luxuriosus, Luxuriosus.)* pabula, quæ maximam herbarum copiam adferunt. Plin. lib. 17. cap. 4, Nec luxuriosa pabula, pinguis soli semper indicium habent.

Luxuriosè, adverbium. *(Luxuriosè, Luxuriosè.)* ut, Luxuriosè viuere, id est mollior & delicatè. Cice. pro Calio, Cum facinorosis audacter, cum libidinosis luxuriosè viuere.

Luxurio, luxurias, neutrum: & Luxurior, luxurias, deponens, Propriè de plantis dicuntur, quum nimia alimenti vberitate quodammodo lasciuunt, ramos, frondēq; iusto plures emittentes. *(Luxurio, Luxurio.)* Ital. *sopra-bondare, lussuriare.* Hisp. *Ensuar, ser superfluo.* *Columella lib. 3, Cæcina virgarum, ne luxurientur de mutilato.* Plin. lib. 18. cap. 14, Aliqui in frigidis ab aquinoctio autumnum in calidiss feris, ne ante hyemem luxurient. Agri quoq; præpingues luxuriant dicuntur, quum abunde stercoreati præter modum fraces euadunt. Ouidius 1. Epist. Luxuriat Phrygio sanguine pinguis humus. *Transfertur & ad homines quos*

quos & ipsos luxuriare dicimus, quum rebus fecundis, otiove lasciuia. Tibullus, Luxuriant animi rebus plerumque secundis. Ouidius epist. 15. Delicisq; decet luxuriare notis. Idem libro 5. Fast. Nos quoque idem facimus tunc, quum iuuenilibus annis. Luxuriant animi, corporaque ipsa vigent. Liu. lib. 1. Postius exterorum periculum curis, ne luxuriarent otio animi, quos metus hostium, disciplinaque militaris cōtinuerat. ¶ A luxurior sit compositum Eluxurior, quod est valde luxurior. Colum. lib. 3. Qui si pingui agro validas vires depofuerit, pampinis magis eluxuriabuntur.

Luxurians, aneis, particip. Horat. lib. 2. Epist. 1. Latiumq; beabit diuite lingua: Luxuriantia compescet, nimis aspera sano. Leuabit cultu. Luxuriatus, participium. Ouidius lib. 5. Trist. Non tamen ut lufit, rursus mea litera ludeat: Sit semel illa mea luxuriata ioco. Fames luxuriata multo sanguine, Statius 1. Theb.

L ante Y.

L Y A E V S, ei, pen. prod. *λυαει*. Vnum ex Liberi patris cognominibus, inde impositum, quod immoderatus vini vsus pariat *λυαει*, hoc est fixam & seditionem. Aut certe *πικρὸν πὶ λυαει* πὶ μὲλιν πὶ μὲλιν *πικρὸν*, hoc est ab eo quod ebrium membra soluit: unde & *λυομελὴς* à Græcis cognominatur. Virg. lib. 4. Aene. Legitur Ceteri, Phœbōque, patrique Lyxo. Lyxus, auium, pro Lyxius. Virgilius 1. Aeneid. Regales inter mentes, fati- cōmque Lyxum.

L Y C A B E T V S, beti, penult. prod. *λυκαβητι* Suidæ, Attica mons est, apud Plin. um lib. 5. cap. 7.

L Y C A E A, *λυκαία*, Sacra erant in Lycæo Arcadiæ monte in honorem Panos fieri solita, quæ postea ab Euandro in Arcadiam translata. Luperco- lia dicta sunt, ut placet Ouid. lib. 2. Fasto. Pausanias tamē in Arcadiæ s. Lycæa Iouis sacra fuisse tradit, à Lycæone Pelasgi filio ad Iouis Lycæi aram primū instituta. Vide Cælium Rhodig. lib. 14. cap. 17.

L Y C A I V S, *λυκαίος*, Arcadiæ mons, Ioni sacer, teste Pausania in Arcadiciis, olim etiam Olympus & *ἵερὸν ὄρος*, id est sacer vertex ab incolis appellatus, quod Iouem ibi educatum existimarent. In quo etiam mō- re Iouis Lycæi ara fuit, à Lycæone Pelasgi filio primū consecrata, quæ quum postea mactati pueri sanguine respergeretur, in lupum dicitur esse transformatus. Erat ibidem & Iouis Lycæi lucus, quæ siquis lege spē- cta esset ingressus, annum superiueret negabatur. Item Ions insignis, nomine Agno, tam admirabilis naturæ, ut re diuina ibi curiosius per- acta, quæquæque ramo aqua leuiter commota, mox de us inde surge- ret vapor, nebula assimilis, quæ non multo post effecta nubes, aggre- gatis item aliis, largos demitteret imbres. Hæc Pausanias. Constat ta- men Lycæum montem non solum Ioui, verum etiam Pani sacrum fuisse. Virgilius 1. Georg. Ipse nomen linquens patrium, (hirsutis) Lycæi, Pan- oijum cultos, qua fuiti Menalia curæ, Adis o Tegeæ fauens. Hinc etiam Lycæus passim à Poëtis cognominatur. Idem libro 8. Aenei- dos. Gelida monstrat sub rupe Luperçal, Parthasio dictum Panos de monte Lycæi.

L Y C A M B E S, bis, per tertiam, vel Lycambes, bz, per primā declinatio- nem, *λυκαμβης*. Neobules pater fuit, qui quum filiam Archilochō Poi- tæ desponsidisset, posteaque penitentia ductus non tradidisset, tam acer- bo crimine ab eo est perfrictus, ut vix cum filia inque vitam finiret. Horat. in Epod. Ode 7. in malos asperimus. Parua tollo cornua: Qualis Lycambæ spiritus infido generi.

Lycambeus, a, um, penult. prod. Ouidius in Ibin, Tincta Lycambeo san- guine tela dabit.

L Y C A O N, penult. prod. genitum Lycæonis, penult. corr. *λυκαων*, Arcadiæ Rex fuit, Pelasgi filius, quem Iupiter, quod aram suam in Lycæo mou- re, mactato puero sanguine respergeret, in lupū mutauit: ut scribit Pau- sanias in Arcadiciis. Ouidius tamen lib. 1. Metamorph. omnino aliam tra- dit huius transformationis causam, quæ sic habet: Iupiter aliquando quum multa de humani generis impietate inaudisset, neque tamen omnia credideret, ut rem omnem certius exploraret, relicto cælo, in terrâ descendit: aliquotidie regionibus peragratis, tandem sub noctem in Arcadiam peruolauit ad Lycæonis regiam, ubi quum se Deum esse signifi- ficasset, vulgusque se ad sacrificia accingeret, irridens credulitatem eo- rum Lycæon, ea ipsa nocte se periculum facturum esse dixit, deū mve ad montalem hospitij suffepisset: conatusq; est noctu dormientem in- ceruere. Quod quum frustra tentasset, alia ratione rem aggressus est. Inceperat obduci à Molossoiū genere ad se mistos. Horum vnum ru- gulentum, partimq; affum, partim elixum Ioui epulandum apposuit. Cur- ius rei immunditie indignatus Iupiter, regiam tyranni immisso ful- mine rursus, ipsūque in sylvas fugientem, in lupum transformauit. ¶ Alius fuit Lycæon Næsi filius: & frater Nestoris, quem Hercules cap- tū Dîsjo inuenerat. ¶ Alius item fuit Priami filius ex Laothoe Atlei Lelegum regis filia, quem Achilles in bello Troiano inuenerat: ut placet Homero lib. 21. Illad. ¶ Lycæon item faber insignis fuit ex Gno- sis Crete vrbis, atreick eius enis quem Alcanius dedit Euryalo: de quo Virgilius 9. Aeneid.

L Y C A O N I A, *λυκαονία*, Asia regio, Cappadociæ pars, secundum Prole- mium, à Taurum motem peringens ea in parte qua Pamphyliæ im- mitit. Vides habet Iconium, Adopisum, Canam, Paralaia, aliisque complures. Huius vide apud Prolemaum libro 5. cap. 6. ¶ Lycæonia item olim appellata fuit Arcadia, à Lycæone Rege, Pelasgi filio, & patre Ar- cadis, à quo deinde Arcadia dicta fuit.

Lycæones, pen. corr. *λυκαωνες*, Populi Lycæonix, in sinibus Cappadociæ ad Taurum montem, qui & Lycæoni appellantur. ¶ Lycæones alij à Prole- m. lib. 5. cap. 2. collōcāntur in sinibus Lyciæ, non procul à Themizionis.

Lycanthropia, *λυκανθρωπία*, Melancholicæ affectionis siue insanix ge- nus est, quod quæ affectum, lycanthropi, *λυκανθρωποι*, dicuntur teste Aegineta, quod quæ lupi iherentur, noctu ē lectis exilientes, & ad diem vique inter spulchra diuerfantes, facie interim pallida, oculisq; mefcentibus, & lugis, scibundi quoque, erubescitque immedi- cabili exacerbat.

L Y C A V T E, *λυκαίτης*, Fidiæ filii Priami ex concubina, cuius amore flagrans Polydamas Aeneidos & Theanidis fororis Hecubæ filius, eam vxorem dixit. ¶ Fuit item Lyciste, meretrix nobilis, apud Drepanū Siciliæ vr- bem, ob formæ excellentiam Venus appellata, quæ quum Buten, Amyci

Bebrycorum Regis filium hospicio excepisset, eius concubitu vsa, Ery- cem ei peperit, quo factum est ut apud posteros creditum fuerit, Buten ex Venere Erycem genuisse. Vide supra in dictione B V T.

L Y C A S V S, *λυκας*. Vrbis Crete, ita dicta à luporum multitudine quæ ibi esse perhibetur. Strabo lib. 10.

L Y C E V S, penult. prod. *λυκειος*, Gymnasilj celeberrimi nomē iuxta Athe- nas, in quo Aristoteles frequētissimo auditorio philosophiam profre- batur, quemadmodum Plato in Academia. Cice. 1. Acade. Qui erant: cū Aristotele, Peripaterici dicti sunt, quia disputabant inambulantes in Ly- ceo. ¶ Fuit & Lyceum gymnasium Ciceronis in fundo Tufculano, à no- mine scholæ Aristotelicæ ita dictum, de quo lib. 1. de Diuinat. sic refert, Nuper quum essem cum Qu. fratre in Tufculano, disputatum est. Nam quæ ambulandi causa in Lyceum venissemus (id enim superiori gym- nasio nomen est) Perlegi (inquit ille) tuum paulo antè tertium de Na- tura deorum. Huius nominis penultima produciatur à Cicerone in ver- su illo, Inque Academia vmbrosa, nitidōque Lyceo, Fuderunt cla- ras facundi pectoris artes.

L Y C H N I D V S, *λυχνιδος*. Vulgō *ακριδα*, Macedoniæ oppidum, sub Can- davia monte situm, ad viam Egnatiam, quæ ab Apollonia, marique Adriatico in intimam Macedoniam ducit. Autor Strabo lib. 7, & Pto- lemæus lib. 3. cap. 14.

Lychitis coinaria, *λυχίτης σπανωδής*, Herba est, quæ à Romanis geniciu- laris, seu bellaria vocatur. Florem habet violæ albæ magnitudine, sed purpureum. Nectitur ad coronas. Plinius lib. 21. ca. 4. Rosam Græcam appellat: vulgus hodie *candelariam*. ¶ Lychitis sylvæstis, *λυχίς αργία*, herba est satius lychnidi per omnia similis, cuius radicem Asiāni bo- lica vocant. Dioscorides à Romanis accipiternum pedem appellari testatur. Penitus tamen diuersa est à sylvæstia, siue lutea, quam vul- gus hodie *accipiterni pedis* nomine agnoscit. ¶ Plinius libro 25. cap. 10. Lychnidem agrum scribit esse herbam lineo similem, radice nulla, flo- re hyacinthi, semine vitulinarum narium similitudinem referente: aliōque nomine *antirrhinum*, siue *anarrhion* appellari.

Lychnites, penult. prod. *λυχνίτης*. Marmor album, quod in Paro insula effodiebatur: sic cognominatur, quod ad lucernam in cuniculis ex- derent, sicut Plinius libro 16. cap. 5. testatur. ¶ Est etiam hoc nomine gemma ardens, ita dicta à lucernarum accensarum præcipua gratia. Plin. lib. 37. cap. 7.

L Y C H N I S I S, *λυχνίσις*, Lacus est in Occidentali tractu Macedoniæ, sub Caruana monte: cui imminet oppidum nomine Lychnidus. Vide Stephanum *ἐπὶ πύλιν*, & Strabonem lib. 7.

Lychnitis, *λυχνίς*. Herba est ex philomidos generibus, alio nomine thryallis dicta, foliis teretibus, aut quaternis, crassis, pinguibus, plumosis, ad lucina lucernarum vtilibus. Autor Plinius lib. 25. cap. 10.

Lychnus, nī, *λυχνος*. Græcis idem est, quod nobis lucerna, *πικρὸν πὶ λυχνί* [Ital. *lucerna luma*. Hisp. *candil*, *lumbre*]. hoc est ab eo quod tene- bras soluit. Virgilius 1. Aeneidos. Dependit lychni laquearibus au- reis. Plautus, Lucernam emunge parumper, ut videat anus vbi pedes ponat. Lychni pensiles, lucernæ erant multis lucentes myxis, quæ ex laquearibus suspensæ, totum illustrabant triclinium. ¶ Hinc Ellych- nium, *ἐλλυχνιον*, dicitur funiculus, qui lucernis adhibetur, ut altius oleo flammam nutriet.

Lychnobij, *λυχνόβιοι*. Dicti sunt, qui loco diuturni noctibus videntur, & ad lucernas viuunt, quasi lucernarum. Senera vlti. Epist. Nil consumebat, nisi noctem. Itaq; crebro dicebat illis quibusdam auarum & sordi- dum, Vos, inquit, & lychnobium dicitis.

Lychnuchus, [*λυχνύχης*. Ital. *Lucerniere*. Hisp. *Donde se pone el candil*]. Græ- ce nominatur quicquid lucernas sustinet, siue id sit candelabri genus, siue homo quicquam lucernæ gestans. Plin. lib. 34. ca. 3. Placere & lych- nuchi pensiles in delubris, aut arborum modo mala ferentium lucernæ.

L Y C I A, *λυκία*, Regio minoris Asiæ, inter Pamphyliam, & Cariam sita, olim (si poetarum fabulis credimus) Chimæra monstrei ignibus infe- strata. Cuius fabulæ occasione præbuit Chimæra eius regionis mons, crebro ignem eructans. Dicta est autem Lycia à Lyco Pandionis filio. Vrbem habet Pataram Apollinis oraculo celebratam: à qua Apollo Patæus cognominatur.

Lycius, gentile. Virgilius 1. Aeneidos, Vnam quæ Lycios, fidumque re- hebat Orontem.

Lycius, a, um, adiectiuum: ut Lyciæ fores, apud Virg. 4. Aeneid. est, for- tes Apollinis, qui in Lycia apud Pataram responsi edebat.

L Y C I D A S, *λυκιδας*, Nomen Centauri vnus ex iis qui Pirithoo Hip- podamiam spōsam eripere conati, à Lapichis inuenerunt sunt. Ouid. 12. Aene. At nō Eurytomus, Lycidæsq; & Atreus, & Imbreus Effugere ne- cem. ¶ Est & nomen pastoris apud Virg. 9. Aeglo.

L Y C I M I V S, siue potius Licymnius, *λυκιμνιος*. Anus maternus Hecue- lis, quem Tlepolemus eiusdem Herculis ex Astiochia filius, iam atate prouectum inter fecit. Autor Homerus in Catalogo.

L Y C I S C A, Nomen canis proprium, à lupi (ut videretur) similitudine im- positum. siue ab eo quod lupum coërcent. Virg. 3. Aeglo. Multum larræ- te Lycisca. Seruus Lyciscas vocari arbitrat canes ex lupo & cane femina natos: cuiusmodi in Cyrenica Libyæ gigni scribit Aristoteles. Plin. lib. 8. cap. 21. hoc genus hybrius Crocutas vocat, omniāq; denti- bus frangere ait, & deuorata protinus concoquere.

Lycium, *λυκίον*. Dioscoridi. Spinæ genus folia habens buxæ similia: vn- de & pyracantha appellatur. Virgas habet tricubitalis, quibus cūm radicibus suffocque expresse, fit medicamentum quod & ipsum lycium appellant. Nascitur hæc spina copiosissime in Lycia Asia regio- ne, teste Dioscoride: vnde & nomen videtur accepisse. Plinius lib. 14. cap. 14. Lycium præstantius est spina fieri tradunt, quam & pyracanthon Chironiam appellant.

L Y C I V S, *λυκίος*, Apollinis cognomē, à lupi natura (ut quidam putant) impositum. Nam sicut lupi pecora rapiunt, ita ipse humorem haorū radiis. Vel *λυκίος* *λυκός*, quo nomine pifci Græcorum dicebant lucem illam quæ præcedit Solem. Vel (quod verius puto) à Lycia Asia regio- ne, in qua præcipue colebatur. Habet enim ea regio Pataram urbem Apollinis oraculo insignem.

Lycostonon, *λυκοστόνον*, Aconiti genus, ita dictum quod eo in eruda- carnis

carinis offis occultato lupos necent venatores. Vide Dioscoridem libro 4. capite 66.

LYCOMEDES, *Λυκομήδης*, Scyri insulae Rex, cui Thetis filium suum dormiente praepreor (suo Chirone clam capium sermādu tradidit, ut ibi inter eiusdem Regis filias (erat enim facie venusta & puellari, ita ut facile pro puella selet gereret) muliebri habitu indutus latitaret, ne ad bellum Troianum, a quo illum non reuerfurum esse sciebat, proficisci cogeretur. Apud quem delitesceret, Deidamia Regis filiam viāuit, & ex ea Pyrrum filium cepit. ¶ Fuit & alter Lycomedes Creontis filius, cuius meminit Homerus lib. 9. Iliad.

LYCON, *Λύκων*, Philosophus Peripateticus fuit, ex Troade Asiae regione, in dicendo adeo suavis, ut pro Lycone Glycon nominaretur: tracto nomine a dulcedine. Hic fuit cultu & vestitu mollitie miridissimus. Luta & pilis lusione exercebatur. Perit podagra morbo annos natus septuaginta quatuor. ¶ Fuit praeterea Lycon quidam Orator, vñs ex accusatoribus Socratis, de quo Laërtius in vita Socratis. Fuerunt & alij eiusdem nominis, quorum meminit idem Laërtius.

LYCORON, *Λύκων*, Poëta, patria Chalcidensis, natura quidem Sophoclis grammatici, adoptione verò Lyci Regini historici filius, inter septem poëtas, qui Pleiades dicebantur a numero stellarum a Philadelphia Proleto receptus. Erant autem hi, Theocritus, Aratus, Nicander, Apollonius, Philcoeus, Homerus junior, Lycophron. Tragedias eius enumerat Suidas. Scripsit & Alexandram, poëma valde obfcurum, in quo meminit de variis Casandrea, exorsusque ad Hercule, & rebus Troianis, proferturque ad Alexandrum Macedonem. De huius morte Quid. in Ibin, Vnde eorum natum perisse Lycophrona narrat, Hæc aut in fibris fixa sagitta iuit. ¶ Alius fuit Periantri Corinthiorum Regis filius ex Melissa, Proclis Epidauriorum Tyranni filia, quam quum Periantri grauidam idu calcis occidisset, Lycophron cum Cypselo fratre suo ad Proclum se recepit. Verum repente filios Periantri quum Procles eos dimittere cogeretur, scens eos admonuit, meminisse eos debere quoniam matrem eorum occidisset. Quod verbum tam alit Lycophronis menti infudit, ut Corinthum reuerfus, adduci non potuerit ut aut patrem prior saluaret, aut ab eo compellatur, verbum vñm responderet. Quia filij pernicia irritatus Periantri, ædibus eum eiecit, dicto simul proposito, Apollini ut faceret esset, quisquis eum tecto reciperet. Cuius edicti metu quum ab omnibus excluderetur, quarta demum die in portu quadam a patre inuentus, illiusque squallidus, & inedia tantum non enectus, blandique ab eo inuitatus, ut posita pernicia regni successione miserum praeferebat exilio, nihil aliud respondit quam caput eius Apollini debere, quod contra edictum in colloquium suum venisset. Periantri autem animaduertens grauius esse malum filij, quam ei facile mederi posset, in Coreyam (nam & illi imperabat) eum ablegandum curauit. Verum quum ingrauefcente iam ætate Periantri sibi conscius esset, se deinceps tyrannidis administrandæ minus idoneum esse, missa ad Lycophronem sorore ad regni administrationem eum euocauit. Cui quum ille respondisset, se patre viuo Corinthum non reuerfurum, hanc ei conditionem tulit Periantri, sese in Coreyam concessurum, modò ipse ad tyrannidis successione selet Corinthum conferret. Id approbante filio, Periantri concessa nauis, in Coreyam eum tunc tenuit, futurum ratus ut filius mitteretur Corinthum. Quæ res eum magnopere fessit. Edocti enim de his omnibus Corecyti, qui Periantri male cupiebant, ut aduentum eius prætercluderent, Lycophronem interimunt. Quod facinus tam indignè tulit Periantri, ut insulam vi ingressus, trecentos primorum Corecytorum pueros Sardis ad Halyetan Regem miserit Casandrea, qui tamen quum Samum appulissent, beneuolam Samiorum seruati sunt, & incolam domum remisit. Vide Herodotum lib. 3, & Laërtium in Periantri.

LYCOPHTHALMOS, *Λύκοφθαλμος*, Gemma est quatuor colorum ex rutilo, & sanguineo in medio nigro candido cingitur, ut luponum oculi, illis per omnia similis. Plin. lib. 37. cap. 11.

LYCOPOLIS, *Λύκοπολις*, Urbis Aegypti, à lupis dicta, quod Aethiops Aegyptum incantescentes, lupi facta acie videret Elephantum repulserunt. Ibi Aegyptij Lycopolim condiserunt, à bestis illis ei nomen imponentes: quas etiam pro diis coluerunt. Autor Diodorus libro 2.

LYCOPHIS, *Λύκοφίς*, Anchusæ species, longioribus quam lactuca folijs, crassioribusque, caule longo, hirsutoque. Vide Plinium lib. 27. cap. 11, Galli *Lingnam caninam* appellant.

LYCORIS, *Λύκορις*, Volumnij Senatoris liberta fuit, vero nomine Cithæris dicta, miserè à Cornelio Gallo ad amara: quo tamè spreto Antonium in castra sequuta est. Virg. 10. Aeglo. - tua cura Lycoris, Perque nives alium, perque horrida castra sequuta est.

LYCORIS, *Λύκορις*, Stephanus, fluuius est Aetolice, flauas arenas voluens. Hic postea Euenus ab Eueno Rege Aetolice qui se in illum præcipitauit, appellatus est, teste Strabone lib. 7. Quid. lib. 2. Metam. Arisulque iterum Xanthus flauusque Lycormas.

LYCOS, *Λύκος*, Minimum aranei genus, à rapacitate dictum. Plin. libro 30. cap. 6, Araneus, & maxime qui lycos vocatur, dolenti medetur licet. Idem alibi lupum appellat: ut lib. 11. cap. 24, Luporum nomine minimi non tenent.

LYCOTIS, *Λύκοτις*, Creta urbs, edito in loco sita: vnde & Lythron quidam appellant, teste Stephano, de urbibus, & Strabone lib. 10.

LYCOTIS, gentile, *Λύκοτις*, vir, Lichius Idomeneus apud Virgil. 1. Aeneid.

LYCYRUS, *Λύκυρος*, Nobilis Spartiata fuit, Polydori filius, & frater Eunomi Lacedæmoniorum Regis: cui etiam in regnum successit, ignarus Eunomium vxorem grauidam reliquisse. Quod vbi primū cognouit, postea Regis nomine, Prodicti, hoc est tutoris nomen assumptū, relique adulto (Charilao ei nomen erat) regnum fideliter restituit. Verum quum ciuitate pessimè instituta animaduertiret, ad constituendam salubrioribus legibus Rempublicam adiecit. Conscriptis itaque: quæ longa peregrinatione didicerat ciuitati vtilia fore, Delphos se contulit, ut Dei quoque consilium in re sanctissima exploraret. Quamque Pythia consilium eius à Phæbo maxime probatū, deque potius quam hominis inuentum esse respondit, alacrior ad peragendum in-

stitutum factus, foro aliquot armatis occupato, leges suas perferit. Quibus quum iura eius mediocriter assuetos videret, ut quas culeret leges, æternas quoque redderet, hanc rationem commentus est. Simulacrum adhuc quiddā superesse, quod ad ciuitatis salutem pertineret, quod tamen in consilio oraculo aggrediendum non esset: quæ de causa se Delphos proficisci velle. Interim tamen Reipub. interesse ut leges, quæ modum late erant, in reditum suum inuolucris seruarentur: idque ita futurum primū à Regibus, deinde à cæteris omnibus iussurandum excepit. Profectus itaque Delphos, quum Pythiam responderent audisset, nihil legibus illis absolutius esse, feracissimamque fore ciuitatem eam in qua illa quàm diuinitatē seruarentur, contulit sibi amplius in patriam non esse redeundum, ne illi aliquando iureiurando soluti, leges suas excuterent. Misso itaque Spartam oraculo, amicisque iuratis comites amplexus, iussu dimissis, Cithram concessit, vbi mox suis sibi manibus necem conscivit. Sequamur alij Crisæ, nonnulli etiam in Creta interisse volunt: vbi etiam sepulchrum eius apud Pergameam urbem ostenditur. Spartani mortuo sacellum consecrarunt, & ob singularia eius in patriam merita diuinos ei honores tribuerunt. Vide Iulius vitam eius apud Plutarchum. ¶ Fuit & Lycurgus, Nemex Rex, & pater Archemori, alumni Hyphipyles: cuius meminit Scias lib. 1. & 6. Theb. ¶ Fuit & Lycurgus alius, Thraciæ rex, filius Dryantis, qui quod Thracas immoderate vino deditos conspiceret, vites omnes toto regno excidi iussit: ut scribit Plutarchus eo in opusculo, quod de Poëtarum vilitate conscripsit. Hinc datus est Poëtarum locus fabulæ, Lycurgum infestissimo Baccho odio prolequantem esse, adeo ut & nutrices illius, in Nyssa latentes persequeretur, & Baccho ipsi tantum terroris inuoluerit, ut precipiti fuga traiecit mari, in Naxum se receperit: idque iusta munum ira Lycurgum in forem conuersum: & quum vites quodque, ne Baccho in posterum liberetur, excidere vellet, tibias sibi succidisse. Hic est ille Lycurgus, cuius meminit Virgilius 1. Aeneid. Terra procul vastis collitur Mauortis campis: Thracæ arant, acri quondam regnata Lycurgo.

Lycurgus, a. u. m. denominatiuum, penult. prod. *Λύκοργος*. Cic. ad Attic. lib. 1. Noluerim quæ Lycurgei à principio fuissent, quotidie demitigamur. Vbi interpret, Lycurgei, id est optimates, legum affecta, & propugnatores: qualis Lycurgus apud Laconas legum conditor. Budæus feruissimum interpretatur.

LYCUS, *Λύκος*, Bæotiæ rex fuit, Qui Antiopam Nyctei regis filiam vxorē duxit: quam postea, quum à Ioue in Saryrum conuerso compressam cognouisset, repudiavit, Diræque vxorem duxit: quæ verita ne Antiopæ cum Lyco in gratia rediret, arcessitis ram in vinculis afferuauit: quibus Iouis miseratione dissolutis, in Cithæronem montem profugit, vbi Amphionem & Zethum peperit: quæ postea à pastore, qui ipsos nutrebat, de Lyci iniuria edocti, cum vñ cum vxore interfecerunt. ¶ Alius fuit Lycus quidam exul Thebanus, qui id temporis quod Hercules ad inferos descendere, rei bene gerendæ occasione sibi oblatam ratus, Creonte occiso regnum Thebanorum occupauit: quumque iam Megara Herculis vxori vim inferre pararet, opportuno illius reditu oppressus est, & cum suis omnibus interfecit: ut est videre apud Senecam in Hercule furente. ¶ Fuit item Lycus, quidam ex Aeneæ comitibus, de quo Virgil. lib. 1. Nunc Amyci calum gemit, & crudelia secum Fata Lyci. ¶ Est etiam Lycus, *Λύκος*, fluuius Ponti, præter Heracleam Maryandiniorem in Pontum Euxinum influens. Autor Plin. lib. 2. cap. 103. ¶ Alius item est eiusdem nominis fluuius in Asia, Laodicam præterfluens: cuius meminit idem Plin. lib. 5. cap. 29. ¶ Est item Lycus Germaniæ fluuius, Rhæti dimens à Vindeliciis, & præter Augustam Vindelicorum in Danubium illabens, teste Proleto lib. 1. cap. 12.

LYCOPOLIS, *Λύκοπολις*, Iudææ oppidum, ad occasum Iordanis fluuij, teste Proleto lib. 1. cap. 16, & Plinio lib. 5. cap. 14. Vulgo *Rama*.

LYCOTIS, *Λύκοτις*, Regio Asiae minoris, Cræso rege & Pactolo auriferæ flumine notissima, quæ flexuosis Mæandri amnis recursum perfusa, super Ioniam procedit, Phrygiæ ab exortu Salis vicina, ad Septentrionem Mysiam, Meridiana parte Cariam amplectens. Lydia dicta est à Lydo Atys filio, quum antea Mæonia vocaretur. Verbes habet Philadelphiam, Hyperas, Magnesium, & Sardis Cræsi regiam, totiusque regionis caput. ¶ Huius regionis incolæ Lydi dicuntur, qui teste Herodoto lib. 1. primi aurum, argentumque signauerunt: primique æquipones, in istosque fuerunt.

LYDIUS LAPIS, Coticula est, cuius attritus aurū prodit: cuiusmodi sitialis nomine Heraclius lapis vocatus, teste Theophrasto de Nat. lapidum. *Λύκος*. Latini etiam indidem appellant: in quem Barus ille pastor apud Onidium transfiguratus fingitur, manente nimirum etiam aureo prodendi studio. De hoc meminit Plinius libro 33. cap. 8, his quidem verbis, Auri, argenti que mentionem comitatur lapis, quem Coticulam appellant, quondam non solitus inueniri, nisi in flumine Tmolus, ut autor est Theophrastus: nunc verò passim: quem alij Heraclium, alij Lydium vocant. Iis coticulis periti quum è vena vñ lima rapuerint experimentam, protinus dicunt quantum auri sit in ea, quantum argenti, vel æris, scrupulari differentia, mirabili ratione non fallente. Vicem autem prouerbij habet in eos qui vehementer acri, exactoque iudicio sunt.

LYDUS, *Λύδης*, Hercules filius ex Iole. Alter filius Atys, & frater Tyrrheni: à quo Lydia regio est appellata. Nam quod proper cerce sterilitatem Mæonia populum suū alere non posset, Tyrrhenus forte iacta discedens, eum ingenti multitudine ad Italiam veniens, eam tenuit partem quæ ad mare inferum versā est, & à se Tyrrheniam nominauit, iuracq; ipsum Tyrrhenum: Lydus verò remansit, Mæoniam de suo nomine vocitauit.

LYDIA, *Λύδια*, Naxius quidam fuit, Pisistrato in recuperanda tyrannide adiutor. Herod. lib. 1.

LYDIA, *Λύδια*, Oppidum Theuthraniz, quæ Mysiæ pars est, teste Plinio lib. 5. cap. 30.

LYGOS, seu **LYGUS**, *Λύγος*, Frutex loci ad iustæ penè arboris magnitudinem excresecens, in apertis nascens locis, & ferè in fluminum ripis, ramos habens longos, folia oliuæ, sed molliora. ¶ Duo eius sunt genera, vñm flore partim albo, partim purpureo, alterum flore purpureo tantum, & semine piperti non dissimili. Ratio nominis ducta est à ramorum

MAE

MAG

M A G

meabilis purpura, in modū Mxandri fluminis Carix provincie. Festus neutr. gen. Mxandrum vocat hoc genus picturæ. Mxandrum, inquit, genus picturæ, dictū à similitudine flexus amnis, qui appellatur Mxandrus. ¶ Hoc etiam nomine dictus est mons Indie.

MAEDRI, *μαεδρι*, Populi sunt supra Macedoniam siti, Triballis & Dardanis vicini: quorum meminit Plinius lib. 4. ca. 1. Scribitur autem hæc dictio per æ diphthongum in prima syllaba, ad differentiam Medarum, qui in Asia sunt. Parthis finitimi.

Μεμακτερίον, μεμακτεράον, Mensis September, ita appellatus à turbido aëte.

Marna, marnæ, *genius* Aristoteli, Pifcis est marinus, qui Latinis Alceula, siue Alca dicitur, interprete Theodoro, ex quo falsamentum fieri solent. Plin. lib. 3. cap. 7. Qvyn è maria falsamentorum recoquitur, iteumq; consumpto liquore ad naturam suam redit: vulgò è marnis iucundissimum. Cic. 2. de Fini. Qui enim volupatibus ipsam contemnuunt, his licet dicere se accipiente marnæ non anteponere.

MAENADES, *μαῖναιδες*, Dicitur mulieres, quæ infantiæ ritu Bacchi Orgia celebrabant; unde & Barchæ dicuntur. Menades autem dicitur sunt à verbo Græco *μαῖναι*, quod significat infans. Iuven. Sat. 6, *crinemque rotant volubante Priapo Menades.*

AE NA C V S, *καταλας* Stephano, in singulari numero mafcul. genitiffe
 Diomedee, & in plurali, Mafcula, neutrum. Arcadiz mons altiffimus, ad
 procul ab Argis, pinis refertus, ita dictus *ἄρκυς κατὰς*, quod est fufcere,
 & infanire: certe à Mafculo Lycanion filio: ut annuatim Scholiaftes
 Theophr. Virg. 10. Argo. Pinifer illum citiam fola fuis rupe tancum
 Mafculus. Idem 8. Argo. Mafculus, argutum; nemus, pinifol. loquẽs
 Semp̃er habet. Idẽ 1. Georg. - μαλ' ἰβὶ Μafcula curz; Hac adẽ
 Tegere fauens. « Eft & Mafculus, Stephano *καταλας*, nomen ciuita-
 tis, Arcadiz à Mafculo Lycanion filio.

Maxilius, a, um, Quod est ex Maxilo. Vnde Bacchus dictus est Maxilius. Eriper Maxilius, quem Hercules Eurytheo occidit. Et versus Maxilius, id est Arcadicus. Virgil. 8. Aeglog. Incipe Maxilios mecum mearibus versis.

AE N A R I A, *μαρμαριά*, Insula est in mari Ligustico: ita dicta à maximo piscibus, quorum ibi magna capitur copia. Meminit insulae huius Plinius lib. 3. cap. 6.

ΜΑΛΕΝΟΙΣ, *μαλῆνες*, Dictus est Dionysius, quod Latine potum iuven-
tem significat: huc quod vino contrahitur ebrietas, quæ species est in-
sanitæ: huc quod à mulieribus surrentibus, quas Bacchas vocabant, aut
Menadas, sacra eius celebrantur.

Manononon mel, *μανονον μελι*, Genus est mellis venenari, quod in Pontoxi Rhododendri flore contrahitur: ita dictum ab infamia quam gignit. Plin. lib. 17. cap. 13.

M A S D O R A N V S, Mons Asiæ, qui Parthiam ad Orientem ab Asia dirimit. Auctor Ptolemæus lib. 6. cap. 5.

M A S I N I S S A, Numidarum Rex fuit, acerimus primùm nominis Romani hostis, postea verò fidelissimus socius. Hic ad extremam vltimamque vitam valetudinis prosperitate, vegetiorque corporis robore usus est, adeo ut nonagésimo ætatis anno filium genuerit, itaque quauis prolixum faciens, equum nunquam ascendit. Ouid. 6. Fast. Postera lux melior, superat Masinissa Syphacem. De hoc multa Liv. 3. bel. Punici.

M A S I V S, *μασιος*, Stephano, Gordazorum montium pars est, supra Nisibim, vt Armenia dirimitur à Mesopotamia. Auctor Strabo lib. 11.

Malpetum, maspeti, penule. corr. *μασπετιον* Dioscoridi, Caulis est lascepiæ, ferule similis. Plin. autem lib. 19. cap. 3. folia lascepiæ hoc nomine tradit appellari.

M A S P I T, *μασπιτιον*, Gens Persica, apud Stephanum.

M A S S A, Libyæ fluvius Ptolemæo.

Massa, massæ, *μασση*, Farina omnis macerata, & aqua subacta, quam Galli sua lingua *Pastum* vocant. Significat etiam quicquid densum est, spissumve ad similitudinem farinæ subactæ: vt Massa auri, Massa ferri, hoc est pila, & veluti moles. Colum. lib. 12. cap. 5. Quidam ferri massas exurunt, ita vt ignis speciem habeant, Virg. 1. Georg. Massam picis urbe reportat.

Massula, eius diminutiuum est. Colum. lib. 12. ca. 38. Post hæc complures ex ea massulae sunt, & ita per latera ferre in multum demittuntur, &c.

M A S S A C A, *μασσακα*, Stephano, Indorum oppidum est, apud Arrianum. M A S S A E S Y L I A, *μασσαυαλια*, sine, vt apud Stephanum & Strabonem legitur, *μασσαυαλια* vnicuique, Africæ regio, à Mauris Malucha fluuii (quem Strabo Molochat appellat) dirempta. Vide Strabonem lib. 17. & Plinium lib. 5. cap. 2. Huius regionis populi Massæyli vocati fuerunt, quos Plinius testatur sua ætate extinctos fuisse, regionemque eorum à Gerulis fuisse occupatam.

M A S S A G E T A E, *μασσαγεται*, Populi Scythici in Asia vltra mare Caspiæ: qui quum per desertum discurrent, equorum suorum sanguinem cum lacte bibunt. Apud hos senio confecti, in frusta cadunt, ad mistificum oculis carnis à suis eduntur: qui vero morbo intereunt, feris deuorandi obiciuntur. Infestissimi sunt hostilibus, neque cum vicinis populis vllam seruant amicitiam, aut fidem. Vires habent communes, cum quibus etiam in publico coire non verentur. Solem præcipue venerant, cui & equum immolant: ceteros deos habent neglecti. Vide Strabonem lib. 11. & Herodotum lib. 5. Stati. in Achilleide, Lactea Massagete veluti pocula fuscant. Sanguine puniceo, &c. Nominatiuus singularis est Massageta, vel Massagetes. Luc. lib. 3. Longaque Sarmatici soluent ieiunia belli. Massagetes, quo fugit equo.

Massaris, Vna est, quæ ex vire syluestri cum flore in Africa decerpitur: medicinis tantum, & odoramentis idonea. Vide Plinium lib. 12. cap. vic. & in Proemio lib. 23.

M A S T I A, *μαστιγια*, Stephano, Oppidum Hispaniæ vltioris, non procul à Tartesso, circa quod lateres fiebant ex terra punicea, qui siccati non mergebantur in aqua. Vide Plinium lib. 35. cap. 14.

M A S T I C V S, pen. corr. Mons Campaniæ, optime vini ferax. Silius lib. 7. Mastice vuiseris addebat nomina glebis. Hinc Masticeum vinum, inter Campana vina olim laudatissimum. Plin. 14. ca. 6. Certeque Masticeæ quæ ex monte Gaurano, Puteolos Baiasque præstantia. Horat. lib. 1. Car. Est qui nec veteris pocula Mastice spernit. Docet Scruus, Mastice in plurali facere Masticea. Virg. lib. 7. -verunt scilicet Baccho Masticea.

M A S T I L I A, *μαστιλια*, Vulgò *masfille*, Vrbis in Narbonensi provincia Macedonibus Allyage, Hebræis verò Sedechia imperatæ condita, circa secundam & quadagesimam Olympiadem, annis ante quam Virgo pareret, o. c. x. i. i. post obitum David regis annis c. c. c. l. x. i. i. i. Diruta deinde, à Phocensibus instaurata est, qui Cyri tyrannidem fugientes, destituta Græcia in hunc sinum nauigauerunt. Olim Mastiliæ studia ingeniarum doctrinarum adeo floruerunt, vt Romani pro Asia peregrinatione Mastilioticum preterent gymnasium ad disciplinas capessendas. Plaut. in Casin. Mastilienses mores, tanquam optimos, & probatissimos dixit. Vbi (inquit) tu es, qui colere mores Mastilienses postulas? Mastiliensium mores & instituta summis laudibus extollit Cicero, cum alibi saepe, tum præcipue in Oratore pro L. Flacco: cuius hæc sunt verba, Neque verò te Mastilia, prætereo, quæ L. Flaccum militum questorem cognouissent: cui ego ciuitatis disciplinam atque gratitudinem, non solum Græciæ, sed hæc seculo ante cunctis gentibus æmulationem iure dicam. Quæ tam procul à Græcorum omnium regionibus, disciplinis, linguisque diuisa, quum in vltimis terris cuncta Gallorum gentibus, Barbariæ fluctibus allatur: sic optimatum consilio gubernatur, vt omnes eius instituta laudare facilius possint, quàm æmulari.

Inclutam autem fuisse clauisimo gymasio in Agricola: vita Tacitus quoque testatur, quum focerum suum Agricola statim paruulum sedem ac magistrum studiorum Mastilian habuisse, locum Græcia comitate & prouinciali parsimonia mistum ac bene compositum. Lege Strabonem lib. 4. De eius veteribus institutis multa Valerius lib. 2. De origine verò & primis initiis non pauca Iulianus lib. 43. Hæc vini optimi ferax fuit: vnde Martialis lib. 14. Tu me Mastiliæ ponere vina putes. Quæ Mastilia sunt Mastiliensis, Mastilianis, Mastilioticis, *μασσαυαλιας*, vnde Mastilienses viri, Mastilianæ vina, & Mastilioticum oilium Rhodani, quod Mastiliæ proximum est. Plin. lib. 3. cap. 4. Libyca appellantur duo Rhodani ora: modicæque his alterum Hispaniense, alterum Metapontinum: inter quos amplissimum, Mastilioticum.

M A S T I L I V S, pen. prod. *μασσαυαλια*, Stephano, Populi Africæ, Casariensis Mauritanæ, & Mastiliæ proximi. Hi neque frans, neque ephippiis videntur, sola contenti virga, quæ equos regunt.

Mastylus, a, um, adiectiuum. Virg. 4. Aeneid. Hinc mihi Mastylæ gentis monstrata sacerdos.

Mastylus, a, um, Lucanus lib. 4. Et gens quæ nudo residens Mastylia dorso. Ora leui Rectrix frenorum nescia virga.

Mastylus, a, um, Martialis lib. 9. Et Mastylum virga gubernat equum.

M A S T A R A, *μασταρα*, Lydiæ ciuitas ita dicta, quod in ea Rheæ, Bacchi nutriti, (quæ Mâ Lydis appellatur) taurus soleat immolari. Vide supra in dictione M A. Huius incolæ dicti sunt Mastiarense, *μασταριενς*, vnde Stephano, quorum meminit Plin. lib. 5. cap. 19.

Mastiche, es, pen. corr. cum aspiratione in vltima syllaba, *μαστιχη* Dioscoridi: teste Plinio lib. 12. cap. 17, lachryma est, quam lentiscus arbor, gummi modo sudat.

Mastix, igit, penult. obliquorum prod. *μαστιχη* Ital. *massite*. Hisp. *El apote*. Scutica, seu flagrum, quo mancipia caduntur: Græco verbo *μαστιγ*, flagris credo. Inde Homeromastix appellatur est Zoilus ille Homeri calumniator: de quo vide infra in dictione Zoilus.

Mastigophorus, *μαστιγοφορος*, Dicebatur seruus flagellifer, qui scilicet ago notietas in sacris certaminibus comitabatur, virgas præferens, ad submouendam turbam, & cohibendas seditiones. Budrus.

Mastigia, antepen. prod. *μαστιγια* Ital. *Masso da bastone*, *per x. a. d. asino*. Hisp. *Apastiga*. Dicit potest verbezo, hoc est verberibus dignus. Plautus Crucior lapidem non habere, vt illi mastigæ cerebrum excutiam.

Mastigeus, mastigi, Idem quod Mastigia. Plautus in Trinum. Aggrediuus est hic homo mastigeus.

Mastruca, Vestis genus, quæ Sardi vtebantur. Cicero pro Scaro, Quem purpura regalis non commouit, cum Sardorum mastruca mutauit. Mastrucaus, Quæ mastruca vitur. Idem de Prouinciis Consularibus, Res in Sardinia cum mastrucatis latrunculis à Proptextore vna cohorte auxiliaaria gesta.

Mastus, *μαστις*, Latine mamma, & propriè animalium est. Per translationem tamen Masti etiam appellantur tubuli mammarii in fontibus, & aquedu

Aurumnum, quum per maturuerit, colligi. *¶* Maturescere dicitur horum, quum nondum grauis est, sed iam incipit esse grauis. *¶* Et apostema maturescere dicitur, quum non discutitur, sed perducitur ad maturitatem, ut vel frangi per se, vel fermento aperiri possit.

Maturescens, participium. *¶* *ματὺρ* dicitur Plin. lib. 20. cap. 3. Malus Assyria omnibus horis pomifera est: aliis cadentibus, aliis maturiscentibus, aliis subnascentibus.

Matuta, *ματὺτα*, pen. prod. A nostris Aurora. *αὐρὸς ἡλια* [Ital. *Aurora*. Hist. *Alua*, *madrugada*.] à Græcis dicitur, hoc est alba dea: ita dicta, eo quod matutino tempore præsit: ut ait Cic. lib. 1. Tuscul. iniqui, Quid Ino Cadmi filia? nonne Leucothea nominata à Græcis, Matuta habetur à nostris? Hæc fuit Elia Cadini, nomine Ino, Athamæis vxor, quæ marii infaniam fugiens, in mare sese præcipitavit: vna cum Melicerta filio: quorum corpora quum nusquam inuenirentur, pro diis marinis habiti sunt: Ino quidem à Græcis *αὐρὸς ἡλια* à nostris Matuta dicta est: Melicerta autem à Græcis Palæmon, à Latinis Portunus est appellatus.

Maurinus, *μαυρίν*, *μαυρίν* tempus. [i. dicitur Ital. *De la marina*, *matutino*. Hist. *Espe de la madrugada*.] quum scilicet Matuta, hoc est aurora incipit apparere. Cic. ad Attic. lib. 1. Itaq; quum bene completa domus est, tempore matutino, quum ad forum stipati gregibus amicorum descendimus, reperire ex magna turba neminem possumus, quo cum aut iocari libet, aut suspirare familiariter possumus. Quare te expectamus, &c. *¶* Maurinus omnibus, pro quolibet mane, dicit Plin. lib. 10. cap. 43. Coruus omnibus matutinis euolans in rostra. *¶* Matutino, pro mane, idem Plinius dixit lib. 9. cap. 10. & subauditur Tempore. Ferunt, inquit, & pascuum egressas noctu, audire: saturatas lassari, atq; matutino summa in aqua obdormiscere. *¶* Maurinus homo. Virgil. S. Aene. Nec minus Aeneas fæ matutinus agebat. Vbi Scuius, Rem temporis ad personam transiit.

MATYSCITHAE, *ματυσθῆαι*, Populi Scythiæ Europæ, apud Stephanum. Maurolo, *μαυρολο*, id est quod Malo, quod frequens est in Plauti Comædiis. MAVOR, *μαυορ*, qui à Mars, quod magna veritas, ut ait Cic. lib. 1. de Nat. deor. dicitur. *¶* Vnde Maurorius, titulum. Vide MAVS.

MAVRITANIA, *μαυριτανία*, Africa regio extrema, versus Gaditanum fretum, & Occidentalem Oceanum. In ea Antæus gigas regnasse dicitur, ab Hercule victus. Est autem duplex, Cæsariensis à Cæsarea, & Tingitana à ciuitate Tingi. Didici; est Mauritania, *μαυριτανία*, quod inter cetera significat obcurum, vel nigrum, quod nigros habeat colonos. Gignit huius, dracones, struthiones, & elephantes.

Mauri, *μαυροι*, *μαυροί*, Populi sunt, qui Mauritaniæ Africae regionem Occidentalem versus Gaditanum fretum incolunt. Eos fuisse Indos, & Hercule duce cum innumera aliarum gentium multitudine, in hæc loca peruenisse multi crediderunt, ut Strabo libro vltimo scribit. Sallustius ceret in Iugurtha, Maurus & Numidas, reliquosq; qui maritimam Africam cultiorem reddiderunt, Medos, Armenios, Persas, & Phœnices fuisse indicat. Hi Romanis, bellis Punicis, maxime autem rebus cetera Iugurtham gelis, innotuerunt. Vide Strab. lib. vi.

Maurus nomen gentile est, ut Gallus qui à Gallia originem habet: Mauritanus verò possessivum, ut Gallicus. *¶* Dicitur ergo virum Maurum, & bellum Mauritanum.

Maurusius, *μαυρίσιος*, Possessivum est à nomine Maurus. Silius libro 10. Et multa thorax perfolius cuspidæ, & hærens Lorice interdum Maurusia pendet arundo. Sic Tellus Maurusia apud Claudianum 3. Paneg.

Maurusiacus, *μαυρίσιος*, Martial. lib. 14. Et Maurusiaci pondera rara citri.

MAVSOLVS, pen. prod. *μαυσολος*, Carie regis nomen, quem Theopompus scripsit, referent Suida, nulla à re pecunie cupiditate abstinuisse. Hunc tam ingenti viro profecuta est vxor Artemisia, ut eius facti perfuncti cineres vino permixti tradatur ebuisse. Ad hæc sepulchrum eidem sumptuosissimum extuxit, ut in sequenti dictione videre est.

Mausoleum, pen. prod. *μαυσολεον*, Mausoli regis Carie sepulchrum, ab Artemisia vxore extructum ita operis magnificentia, ut inter septem orbis miracula fuerit numeratum. Mausoli de Amphitheatro Domitiani, Aere nec vacuo pendenda Mausolea. Laudibus immodicis Caries in ætra ferant. *¶* Ab operis huius similitudine sepulchra omnia sumptuosiora, Mausolea sunt appellata. Vnde & Suetonius sepulchrum Cæsarium, Mausoleum appellat. De Mausoleo vide plura apud Plinium lib. 36. cap. 5. & apud Herodotum lib. 7.

Mausoli, *μαυσολος*, Didici sunt Caries, Asiae populi, à Mausolo rege, Artemisia vxore. Stephanus.

MAVSOS, *μαυρος*, Agri Corinthij vicus est Stephanus.

MAXIS, *μαξις*, Africae populi, à Troianis (ut ipsi gloriantur) orti, qui dextram partem capitis comatam gestant, sinistram radunt, & corpus minio tingunt. Auctor Herodotus lib. 4.

Maxilla, *μαξιλλα*, Non est diminutivum à Mala, (ut putauit Priscianus) sed mala à Maxilla fit per detractionem medie syllabe, sicut docet Cic. in Orat. ad Brutum. Vide supra in dictione Mala. [i. dicitur Ital. *Maxilla*. Hist. *La quixada de la maxilla de la cura*.] *¶* Est autem Maxilla, in qua fixi sunt dentes: quauis etiam de parte exteriori quandoq; dicatur, quæ barbam emittit. Persius Saty. 4. Tu quum maxillis balanatum gausape pectas, Inguinibus quare detonsus gurgulio exat? *¶* Hinc Maxillaris, & hoc, re, quod ad maxillam pertinet: ut Dens maxillaris, *μαξιλλος*, qui etiam dicitur Molaris. Plin. lib. 11. cap. 37. Maxillaresque ita sanari dentes præcipue putant.

Maximares, Dicuntur primarij eiuoratis, qui & Summates, & Primates, & Optimates vocantur. *¶* *μαξιμαρ*, *μαξιμαρ*.

MAXIMVS, *μαξιμος*, Natione Thrac, Romanorum imperator, successit esse in locum Alexandri Severi, à militibus occisus: qui & ipse ab exercitu suo caesus est, quum Aquileiam nequiquam obsideret. Vide Herodianum lib. 8.

Maximus, Maximopere, vide MAONVS.

Mazæ, *μαζα*, Panis genus est, constans farina, oleo, & aqua, aut etiam ex lacte, teste Suida. Vide Caelium Rhodig. lib. 9. cap. 12.

MAZANA, *μαζανα*, Palæstinæ oppidum: cuius incolæ dicuntur Mazæni, *μαζανῆς*.

MAZACA, *μαζακα*, Stephano, Ciuitas Cappadociæ sub monte Argeo, quam Tiberius Archelao pulso, & Cappadocia in prouinciam formam redacta, nominauit Cæsareæ. *¶* Hinc Mazæci, & Mazaces, Mazacis in genitio. *μαζακῆς*, *μαζακῆς*. Suet. in Nero. Turba Mazacum.

MAZARVM, *μαζαρων*, Bithyniæ oppidum, teste Stephano, in dictione *μαζαρων*.

MAZARI, *μαζαρι*, Pannoniæ populi sunt, apud Strabonem lib. 7.

MAZARVS, *μαζαρων*, Ex Medorum Sacrapis fuit, qui Prienienses in Cyrdicionem redegit. Vide Herodotum lib. 1.

MAZARVS, *μαζαρων*, Libyæ populi inter Nomades, diuersi ab istis, quos ab Herodoto Mazæas vocari supra ostendimus.

Mazara, *μαζαρα*, Genus teli quo antiqui in bello utebantur. Cæc. 1. bel. Gall. Et nonnulli inter carnos, totaq; mazaras, ac tragulas subiciebant, nostrisque vulnerabant.

MAZARVS, Fluvius in ora maris Hytreani. Plin. lib. 6. cap. 16.

Mazonomum, pen. corr. *μαζονομῶν*, Græca dictio, qua laus grandis significatur ad ferenda obsequia in mensam. Hor. 2. Serm. Sat. vlti. Mazonomo pueri magno discipula ferentes. Membra gruis. Var. lib. 3. de Re rust. cap. 4. Vt in eodem tecto ornithosis inculsum tricinum haberet, ubi delicatè carnaret, & alios videret tudos in mazonomo positos coctos, alios volitare circa fenestras captos.

M, ante E
Me, pro Mihi, inquit Festus, dicebant antiqui. Ennius lib. 2. Si quid me fuerit humanitus, ut teneatis, &c.

Meapte, Compositum ex oblativo Mea, & particula Pre, extra compositionem nihil significante: ut Meapte causa, *μεαπτε*, id est mea propria. Terent. in Heaut. Ita me diu ament, ut ego nunc non tam meapte causa Lætor, quam illius: quæ ego scio esse honore quouis dignam.

MAZARVS, *μαζαρων*, Ptolemæo, Fluvius Hispaniæ in ora Asturum. Pompon. Mel. lib. 3. Vulgæ *Mazaron*.

Meatus, *μαζα*, vide in dictione MATO, meas.

Mecaphroditon, *μεκαφροδιτον*, Species est papaueris, spumeum habens semen: vnde etiam à Dioscoride, *μαζα φροδιτον*, hoc est spumeum papauer appellatur.

Mecastor, *μεκαστορ*, Iurandi aduerbium. Mecastor, ait Festus, & Mehercules, iurandum erat: quasi diceretur, Ita me Castor, Ita me Hercules: ut subauditur Iuuet. Terent. in Hecy. Salue mecaltor Parmeno. Vbi Donatus, Olim salutantes addebant iurandum, ut hoc sedulo facere viderentur.

MEASTVS, *μεαστος*, Troadis fluvius, in Rhyndacum influens: cuius meminit Strabo lib. 11.

Mechanicus, *μαχανικος*, Ital. *Mecanico*. Hist. *Officinal de qualiter arte*. [pen. corr. Faber opifex eorum operum, quæ ingenio simul ac manibus fiunt, *μαχανικη*: quod inuentionem significat. Sueton. in Vesp. August. cap. 18. Mechanico quoque grandes columnas exigua impensa perducitur in Capitolium pollicenti, præmium pro commente non mediocre obtulit.

Mechanicus, adiectivum: ut, Ars mechanica, *μαχανικη*, quæ manu exercetur: cuiusmodi est ars fabrilis. Vnde artus diuiduntur in liberales, & mechanicas.

MECISTVS, *μεκιστος*, Triphylia oppidum est Stephano. Est autem Triphylia Peloponnesi regio litoralis, quæ & Messenia dicitur.

MECISTVS, *μεκιστος*, Fuit ex sociis Aiæcis Telamonij, ut scribit Homerus lib. Iliad. 13.

MECONAS, *μεκονας*, cum æ diphthongo, proprium nomē Tusci equitis clarissimi, & apud Augustum potentissimi: cui, velut vnicuique studio patrone Virgilius Georgica sua, & Horatius libros Carminum inscripsit. Delicatum hunc fuisse, non solum cultu ac moribus, sed etiam stylo commemorant: quare cum Augustus Malacinum vocabat, & exagitatat frequenter ut cæcæolum, iuste Tranquillo. Horat. 1. Carm. Meconas aratus edite regibus. Fuit vir hic in prouehendis cum omniū disciplinarum, tum præsertim poetice cultoribus adde benignus, ut ab eo etiam hodie studiorum patroni, qui in subleuanda doctorum hominum egestate se munificos præbent, Meconenses appellantur.

MECONVS, *μεκων*, Stephano, Vrbis est Peloponnesi, non procul à Corintho, quæ postea Sicyon appellata est, teste Strabone lib. 8.

Meconium, *μεκωνιον*, Succus est papaueris, teste Dioscoride, adde frigidus, ut epocus exarum affert.

Meconires, *μεκωνιρες*, Gemma est papaueris similitudinem exprimens: de qua Plinius lib. 37. cap. 10.

MECONIS, *μεκων*, Lactuce genus: à copia lactis saporiferi. *μακων* enim Græci papauer dicunt. De hoc videas Dioscor. lib. 6. ca. 17. & Hermolaum Barbarum in eundem lib. 4. cap. 69. & Plin. lib. 8. cap. 19.

Mecum, *μεcum*, Ital. *Meo*, *con meo*. Hist. *Comigo*.] Id est cum me, ubi perpositio euphonice causa postposita. Cicin. Oratore ad Brut. Ex eo Mecum & Tecum: non Cum me, & Cum te, ut esset simile illis Vobiscum, atq; Nobiscum. Interdum mecum, *μεcum*, *μεκου*, *μεκου*, significat intra me. Terent. in Hecy. Haud propterea te rogo, ut hæc proferas, sed vt tacita mecum gaudeam. Sic Secum, Tecum. Nobiscum, & Vobiscum. *¶* Mecum simul pulchre iungitur. Plaut. in Bacch. Atq; vt cum mecum ad te adducis simul. *¶* Similiter cum Vna. Terent. in Hecy. Vt colloqui mecum vna possit. *¶* Interdum hæc tria coniungimus, Mecum, Vna, Simul. Terent. in Heaut. Clinia hæc fieri videbat: m. quidni mecum vna simul. *¶* Mecum facere, significat mecum sentire: quod insulse dicitur, *facere pro me*. Cic. pro Cecin. Rem & sententiam interdicti mecum facere fatebatur, verbo me excludi dicebat.

MECEBERNA, *μεκεβερνα*, Oppidum maritimum in Orientali erat Macedonia, non procul à Pallencia quo & vicinus fuit Micybernæus dicitur. Meminit huius oppidi Plin. lib. 4. cap. 10.

MEDEBA, *μεδεβα*, Stephano, Nabathæorum oppidum.

Meddix, Summi magistratus nomen erat apud Oscos. Ennius, Summus libi caput: Meddix occidit alter.

MEDEA, *μεδεια*, Insignis incautaritæ fuit, Aetæ Colchorum regis filia: quæ quum Iasonem perdidit deamatæ, facilem illi ad aurea vtilis aditum præbuit, sopito peruigili dracone, qui noctes, dieq; illud asseruabat. Quo facto, pariter iram metuens, Iasonem in Græciam sequens est.

condita, & à nomine relicti: ab eis Mediolani (ut putat Volaterranus) ita appellata. Quamquam sunt nonnulli, inter quos est Ambrosius, qui à sue dimidia parte Ianua Mediolanum appellatum putent. In hac etiam sententia videtur fuisse Sidonius Apollinaris. Verisimilior tamen apparet Volaterrani opinio, praesertim quum ipse etiam Ptolemaeus Mediolanum oppidum in Gallia Lugdunensi recenscat inter Ligeris & Sequanum fluvios. De origine huius visis scribit Livius lib. 7. De cad. r. In hac verba, Galli per Taurinos, Iabulos, Iulias Alpes transierunt: fusi, &que acie Tuleis haud procul Ticino fluviio, quum, in quo confederant, agrum in subribus appellari audissent, cognominem in subribus pago Hedueri civibus emen sequentes loci, condidere vibem, quam Mediolanum appellaverunt. Ex hac vabe Scatius Caelius poeta comicus originem traxit. ¶ Est praeterea Mediolanum, sive Mediolanium, teste Ptolem. Bitunnorum oppidum. ¶ Item aliud inferioris Germaniae oppidum in Coloniaensi diocesi, quod hodie Monasterium vocant. ¶ Strabo lib. 4. aliud huius nominis oppidum collocat inter Xantonos Galliae Aquitanicae populos, quod hodie idem esse credimus cum eo quod vulgo *Saintes* vocant. Vals est (inquit) Xantonum Mediolanum, ad Oceanum vergens, inter Aquitanos maxime arenela, & agro tenui, ex milio alimoniam caprans, reliquis fructibus sterilis. Stephanus etiam Mediolani, & alterius in Gallia Cisalpina meminit. Stephanus Byzantius excellentissimus chorographus, his verbis, *Μεδιόλανος πόλις κατωχίας, καὶ οἱ κάτοικοι Μεδιόλανοι. καὶ πόλις ἑστὶν ἰταλίας λαμωμένη.*

M E D I O L A N U M, mediolan. Oppidum est Celtiberorum in Traitu Tarracensi Hispaniae, apud Ptolomaeum lib. 2. cap. 6. Putatur ea esse quae hodie *Medina deli* appellatur.

M E D I O M A T R I C E S, mediomatrici. Populi sunt inter Belgas Leucis & Eburonibus vicini, Metenses scilicet, & his vicini Lorbaringae populi. Plinius & Strabo Mediomatricos vocant. Vulgo *Metz in Lorene*. **Medion, medion.** Herba est Medici pecuariis (vide & nomen accepit) in locis umbrosis, perosisque nascens. Romani Trifolium odoratum vocant. Vide *Diccionario* lib. 4. cap. 10.

M E D I O N, medion. Oppidum in subibus Aetoliae, apud Polybium lib. 28. Medioxumi dii, vide Mediocritas in **M E D I O C R I T A S**.

Mediopontus, mediopontus. Instrumentum funarium, quod apud Catonem cap. 3. numeratur inter ea quae necessaria sunt ad considerandum oleum.

Meditor, aris, pen. cur. Quasi meditator animo versando, hoc est cogitare, & meditare. *μεδίζω, φρονίζω, ἀναλογίζομαι. Ital. Pensare, curare. Hisp. Pensar.* Plaut. in Amph. Ea nunc meditabor, quomodo illi dicam, cum illo adveniero. ¶ Interdum est cogitando invenire. Terent. in And. Venit medicatus, alicunde ex solo loco. *ἐκ τοῦ ἑαυτοῦ.* Plin. in Paneg. Igitur hoc temperamentum omnes in illo subit pietatis calore serumus, quod singuli quoque meditari soleamus. ¶ Et Meditari, inquit, id est praeparata oratione. ¶ Interdum exercere. Virg. 4. Aeglo. Agrestem tenui meditabor arundine musam. Plaut. in Stich. Similiq; ad cursum meditabor Me ad ludos Olympie. ¶ Inde Meditationes, *μελέται, αἰεὶ μαρτυρ.* in Romana militia dicebantur exercitationes, & imaginarij quidam consilij, qui circa sanguinem fiebant. Nam ars militaris, teste Vegetio, ut ceterae omnes artes, meditatione perficitur. ¶ Meditari alicui insidias, vel dolum, Id est quod tendere insidias, vel dolum. Virg. 5. Aeglo. Nec lupus insidias pecori, nec tera cervis. Vlla dolum meditantur. ¶ Scruis putat Meditor dictum esse, quasi melior, à verbo Graeco *μελίσσω*, per immutationem l, in d. Interdum enim haec duo: licet sibi mutuo cedunt, ut quum dicimus, Sellam pro Sedda. Hinc est quod Meditor interdum accipitur pro suaviter cano: ut apud Virgil. Aeglo. Sylvestrem tenui musam meditari aenea. ¶ Reperitur etiam hoc verbum in passiva significatione. Terent. in Phorm. Meditata sunt mihi omnia mea incommoda. *μετὰ τὸν πόνο.* Cic. 1. Offic. Levisior enim sunt ea quae repente aliquo motu accidunt, quam ea quae meditata & praeparata inferuntur.

Meditare, aris, pen. cur. Plaut. in Bacch. Nae tu illorum mores per quam meditate tences, quasi dicas, probe calles illorum mores, illudq; ad vnguem nostri ex longa meditatione, usu, & experientia. ¶ Huius compositum est, Praemeditor. ¶ Immeditatus, participium sine verbo, non meditatus. *ἀμεδίτητος.* Cic. lib. 1. Offic. Id se in foro optime iam immeditatum facere, quod etiam tum poterat dum cum laude meditari.

Meditatio, onis, commentatio, exercitatio. *μελέτη.* Cic. 2. de Orato. Quos locos multa commentatione, ac meditatione paratos, atque expeditos habere deberis. Idem 2. de Divin. Multi naturae vitium meditatione, atque exercitatione sustulerunt: ut Demosthenes. Idem 3. Tuse. Stulta est meditatio futuri mali. Desinit autem hoc modo, Meditatio, est renovatio sensuum interiorum ad suam originem, sedemque principalem.

Meditabundus, cogitabundus. *σοφιστὴς ἐν τῷ φρονεῖν.* Ital. Pensoso. Hisp. El que mucho piensa. ¶ Et adverbium Meditabunde, cognatunde. *φρονετικῶς.*

Meditamentum, ti, Idem quod meditatio. Tac. lib. 20. Et ceteris belli meditatamentis multum sumabant. Idem lib. 1. 5. Nemina summa curae, & meditatamenta.

Meditativum, dictio ficta à Grammaticis, qui Meditativum verbum appellant, quod sensum quandam meditari videatur habere, cuiusmodi sunt Efurio, Misurio, & similia: quia Valla desiderativa vocat, quia desiderium significat actus per verbum primum significati.

M E D I C A M E N T A, pen. prod. Medicamentorum dea, *Ἑσθία*.

Meditrinalia, orum, sacra deae Meditrinae. Mos erat, ait Festus, Latinis populis, quod die quis primum laboris multum, diceret omnis gratia, Vetus novum vinum bibo: veteri novo morbo medeor. A quibus verbis etiam Meditrinae deae nomen captum: cuiusque sacra Meditrinalia dicta sunt. Varr. de Ling. Lat. lib. 5. Meditrinalia, dies dictus est à medendo: quod, ut ait Placius. Flamen Martialis dicebat hoc die solium vinum novum, & vetus libari, & degustari medicamenti causa: quod facere solent etiam nunc multi, quum dicant, Novum vetus vinum bibo: novo veteri morbo medeor.

Medius, dia, dum, Quod mensuratum aequaliter distat ab extremis. *μετὰ τὸ μέτρον.* Ital. *Medio.* Hisp. *Medio.* *entre dos cosas.* quia quis etiam Medii dicatur, quicquid inter duo extrema est, etiam si non aequaliter distat ab utroque. Virg. 7. Aene. Interea medium Aeneas iam elasserebat.

Certus iter. ¶ Quandoque idem valet quod in commune, sive in communem usum. Virg. 7. Georg. Nec signare quidem, aut partiri limite campum. Ias erat: in medium quaeribant. Idem 11. Aen. Constitit in medium, & rebus succurrit fessis. Cic. 1. Offic. Et omnes utilitates in medium afferre mutatione officiorum. ¶ Aliquando Medium dicitur, quod ex viciis tantum participat, quantum ex altero. Liv. lib. 1. ab Vrbe, Medium erat Anco ingenuus, hoc est proclive tam ad pacis, quam ad bellis artes: ita religione Numam suum suum exprimes, ut militarem disciplinam non negligeret. ¶ Aliquando pro dubio ponitur. Liv. 9. bel. Maced. Medio responso spem ad voluntatem interpretantibus fecerat celsum patrum auctoritate esse. ¶ Quamvisque manifestum. Virgil. 1. Aene. Mediiq; ex hoste recepit. Ibidem. Quamquam in media iam morte teneretur. Vt ubiq; exponit Scruis Medium pro manifesto. In prior tamen exemplo non inopere interpretari possumus, E medio hoste, pro, E mediis hostibus, vel E medio hostium. ¶ Quandoque intercedens, aut potius importunus, ac incongruus. Idem 1. Aene. Ne qua scire deos, mediisve occurrere possit. ¶ Accipere aliquem medium, hoc est per medium corpus. Liv. 1. ab Vrbe, Multo & atate & viribus validior, medium arripit Scruim, clatumque e curia in inferiorem partem per gradus deiecit. Sic apud Terentium in Andria, Accurrit, medium multum cōplectitur. ¶ Eleganter dicitur, Ponere in medio, vel, quod idem est, Proficere aliquid in medium pro eo quod est Publice exponere, & omnibus ea de se iudicandi potestate facere. Cic. de Nat. deor. Ponam in medio sententias Philosophorum. ¶ Vocare in medium, Idem ferè est quod vocare in dubium, & claris de re aliqua velle cognoscere. Cic. pro Cluenn. Rem in medium vocare ceperunt, & rursus illam totam depolere. ¶ Venire in medium, Est in disputationem, & controuersiam venire. Cic. 1. de Finib. Prima venit in medium Epicuri ratio. ¶ Procedere in medium, Est in coronam prodire: & interdum idem cum superiori. ¶ Relinquere aliquid in medio, Est indecisum, & controuersum aliquid relinquere, nihil de eo statuere. ¶ In medio esse, vel, positum, aut situm esse in medio, Est manifestum esse, facile, vel in promptu. Cic. 4. Ver. Tabula posita sunt in medio. Aliquando tamen in medio esse, ponitur pro eo quod est, Dubium esse, vel incompositum, ut apud Suetonium, Quod discrepat, in medio sit: hoc est indecisum relinquatur. ¶ In medium consulere, Est in commune consulere, vel ad communem utilitatem: de quo supra diximus. ¶ Pellere de medio, vel esse de medio, Est extra consortium nostrum abigere. Ennius apud Ciceronem pro Murana, Pellitur de medio sapientia. ¶ Recedere de medio, Est se subducere, & occultare. Cicero pro Sext. Roscio. Recede de medio, per alium transigam. ¶ Sumere argumenta de medio, Est ex rebus manifestissimis, & omnibus notis argumenta sumere. ¶ Tollere de medio, pro occidere. Cicero pro Roscio. Am. Perficere hunc hominem incautum, & rusticum, & Romae ignotum, tolli de medio posse. ¶ Medio excedere, pro mori. ¶ E medio discedere, pro secedere, & occultari, ait Budaeus. ¶ Priscianus Medium dictum putat à modo, hoc est à mensura: unde & medium: & differentia causa Medium dici existimat, mutato o, in c. Alii, malunt à Graeco *μεσος* deducere, quod idem est quod medius. ¶ Hinc Dimidius, a, um, quasi per medium diuisus.

Media vocabula, Dicuntur, quae in bonam & in malam partem accipipossunt: *μετὰ* à Graecis dicta. Qualia sunt Tempestas, Valetudo, Facinus, Dolus, Grania, Industria, Periculum, Venenum, Contragium: & apud veteres Honor, quo etiam significabatur iniuria. Vide *Gellium* lib. 12. cap. 9.

Medietas, aris, Alienus pars media. *μετὰ τὴν ἡμίση.* Ital. *Metà.* Hisp. *El medio de dos extremos, mediana.* Hac voce Cicero non ausus est uti, ut testatur in libello de Mundo, sive Vniuersitate. Sic enim ibi habet, Vt in singulis essent bina media: vix enim audeo dicere medietates, quas Graeci *μεσότητες* vocant, sed quasi ita dixerim, ita intelligatur serie enim planius.

Mediocritas, & hoc, ere, Medium tenens, modestus. *μετὰ τὸ μέτρον.* Ital. *Mediocris, mexicano.* Hisp. *Cosa comunal o mediocris.* ¶ Cic. 2. de Oratore, Hac sunt omnia ingenij vel mediocritas, exactionibus autem vel maximae. Idem 3. Tuse. Omne enim malum, etiam mediocritas, magnum est. Cic. de Amicis. Nec vero negligenda est fama, nec mediocritas, ad res gerendas existimare oportet benevolentiam civium.

Mediocritas, Id est medium, ut ait Nonius. *μετὰ τὸ μέτρον.* Cic. lib. 1. Offic. Eadem ratio est habenda vestitus: in quo, sicut in perisq; rebus, mediocritas optima est. Col. lib. 4. Mediocritas in electione loci maxime prebatur, quoniam in confinio boni, maliq; posita est.

Mediocriter, adverbium, Id est medio quodam modo, sive prudenter, & moderatè. *μετὰ τὸ μέτρον.* Cic. 5. Ver. Quod mehercule iudices, mihi non mediocriter ferendum videtur. Idem 2. Tuse. Nemo mediocriter doctus ignorat. Terent. And. Horum ille mihi egregie praeter cetera studebat, & tamen omnia haec mediocriter.

Medioximus, vel Medioximus, pen. cor. Mediocris, sive medij significat. *μετὰ τὸ μέτρον.* Ital. *Mediocris.* Hisp. *Cosa cerca del medio.* ¶ Vnde Medioximi dii vocantur, potestatis media. Scruis in lib. 5. Aen. dicit Herculeum esse commune deum, vtriusque naturae medium, inter mortalitatem, & diuinitatem. Est enim nomina aliqua tantum terrena, aliqua tantum celestia, aliqua media, quos deos Apuleius Medioximos vocat. Plaut. in Cas. At ita me dii, deoq; superi, & medioximi, &c. In Ciste. Medioximam quam duxit uxorem, ex ea nata est haec virgo.

Mediusculus, Putatur Calepinus diminutivum esse ab adiectiuo Medius, deceptus corrupto Plinij loco, quem ex lib. 11. cap. 37. citat ad hunc modum, Oculi vnicolores nulli, cum caudore omnibus mediusculo differentes. Qui locus hodie sic restitutus est, Oculi vnicolor nulli, cum candore omnibus medius color differens.

Mediusfidus, Aduerbum est iurandi, ex tribus compositum, putaturque idem significare quod Mehercules: quasi dicas, ita me Iouis filius amet. *ὣς ἢ ἰουλιαν.* Nam *Διὸς*, Graeci dicunt quem nos Iovem. Fidum autem pro filio dictum videtur: quia antiqui pro l, literam d, sepius collocauerunt. ¶ Quidam interpretantur Per diui fidem: quidam per diuinum temporis, id est diu fidem. Hac Festus. Alii sic exponunt, Medius fidus, hoc est Per deum. Fidum: Fidus deus, est qui fidei praest. Plaut. in Afin. Per diuinum fidum credis iuratio mihi. Cic. ad Brut. Ego.

Ego medius fidius non existimo tam omnes deos auctores. *¶* Fidij dei alia duo fuerunt nomina: nam & Saneus, & Semicaper appellabatur: fiebatq; ei sacrum Nonis Iuni in colle Quirinali: ubi templum habebat: & Sabinus (ut putatur) primum dedicatum: qui in verbum recepit, deos quoq; parios in verbum transfulebat. Ovid. 6. Fastorum, Querebam Nonas Saneos, Fidiōne referrem, An tibi Semicaper: tunc mihi Saneus q̄. Cuiusq; ex illis dederis, ego munus habebō. Nomina terna fero: sic voluere Cures.

Medianus, a, um, Quid in medio est. *[Medius Ital. Mexicano. Hisp. Cofime. dianens d. pusita en medio.]* Vnde Medianus columnas dixit Virgilius lib. 3. cap. 1. vt ab angustibus, quæ crassiores sunt, distingueret.

Mediastinus, pen. prod. *[Mediastinus Ital. Famigliacero. Hisp. Sieruo de pote precio.]* Mediastinum abiectus est, teste Budæo, quod vilissima & fordidissima ministeria obire domi cogitur: qualia sunt domum vertere, purgamenta efferre, ligna congerere, & huiusmodi alia facere: ob hoc ita dictum, quod in media domo ad imperia omnium nutusq; soleat exequere. Cicero in Catil. Magnopere contemno exercitum collectum ex senibus desperatis, ex agrestibus luxuria, ex rusticis mediastinis decoctoribus, ex his qui vadimonia deferere, quam illum exercitum, maluerunt. Colum. lib. 1. cap. 9. Mediastinus qualiscunq; status possit esse, modò perpetuando labori sit idoneus. Ibidem. Separandi sunt avariores à vinuoribus, atq; à mediastinis. Horat. 1. Epist. Tu mediastinus tacita prece rura peribis. Lucil. Villicum Aristocratem mediastinum, atq; bubulicum. Vlp. lib. 1. Digest. Nau. cap. stabular. Qui mediastini opera fungitur, non continetur: vt purpurarii, ariarii, & focarii, & his similes. *¶* Priscianus Mediastinus interpretatur seruos esse abiectissimos lauantibus in balnei ministrare solitos: itaq; appellatos existimat, quod in medio balnei stare soleant, ad fordidissima quoq; ministeria parati. *¶* Mediastinum appellant medici membranas in ventre hominis medio, quæ sunt veluti medius quidam paries, diuidens thoracem totum in duos veluti ventriculos.

Mediastitius, penult. corr. Summus apud Campanos magistratus erat. Lili. lib. 6. Decad. 3. Mediastitius (qui summus magistratus apud Campanos est) eo anno Sappius Lilius erat loco obsequio, tenuique fortuna ortus, &c.

Mediteraneus, nea, neum, Quod est à mari remotum, quasi in media terra. *[Mediter. Ital. Gall. Nalericus ibi plumbum in mediterraneis regionibus, in maritimis ferrum. Quintil. lib. 5. cap. 10. Montanus, an planus: maritimus, an mediteraneus. Cic. 1. de Nat. deo. Ita sit, vt mediteranei mare esse credant. Mediteraneum mare, vt ita dicitur, quod ex Oceano inter Abylam Mauritaniz, & Calpen Hispaniz prædoniorum strepitans, per medias terras diffunditur, Africamq; dirimit ab Europa.]*

Mediterreus, adiectiuum, Idem significans quod Mediteraneus. Festus, Mediterream melius quam Mediteraneam Silienus dici putat. Antiquum.

Meditullum, li, Non medium terra, sed procul à mari, quasi meditellii, ab eo quod est cellus. *[Mediter. Ital. Top. dicit, tullium in hoc verbo extensionem esse vocabuli nihil significauit.]*

MEOMIA, mediæ, Oppidum in agri Brutii litore, vna cum portu. Plin. lib. 3. cap. 5.

MEOMASSA, mediæ, Oppidum Cariz, cuius meminit Plinius lib. 5. cap. 29.

MEOMIA, mediæ, Nothus fuit Ollici, ex matre Rhyna, teste Homero lib. 2. Iliad.

MEODACVS, siue Meduacus, mediæ, Venetorum fluius Patavium alluens, qui nunc vulgò Brenta dicitur. Nam ostia Padis Plinius describens, ait, Pars eorum & proximam portum facit Brundis, sicut Edronem Meduaci duo, & fossa Clodia. Strabo scribit Meduacum vocari & portum, & fluium. Idem supra Venetos Carnorum, & Meduacorum fuisse gentem tradit. Vide Plinium lib. 3. cap. 16.

Medulla, æ, Dicta est, quod in ossibus media sit. *[Medulla Ital. Midolla. Hisp. Medulla, d. sustento del hueso.]* Plaut. in Stich. At ego perij, cui medullam in studio peribit. Plin. lib. 1. ca. 32. Et medulla ex eodem videtur esse, in iuuenta rubens, & senecta albescens. Cic. 4. Tusc. Quam autem hic feruor, concitatioq; animi inueteraueit, & tanquam in venis medullisq; infederit, item exiliis & moribus, & ægrotatio. Idem 5. Tusc. Tu verò Meditatore, qui omne bonum in visceribus medullisq; codideris, &c. *¶* Hinc Emedulla, d. emedulla, quod est medullam extraho. Plin. de limonio, Item graueolentiam alarum emendat, radicis emedullat vicia in vini Falerni heminis tribus decocta. *¶* Per translationem significat declaro. Plaut. Natta iam rem nobis omnia, atq; emedulla.

Medullitus, pen. cor. aduerbiū est, significans Ex ipsis medullis, vel vsq; ad medullas. *[Medullitus Ital. Medullitus.]* Varro, Medullitus Aquiloniam sruat frigiditatem. *¶* Per translationem significat intus, vel ex intimo affectu. Plaut. in Mostel. Vt videas eam medullitus me amare.

MEOLIA, mediæ, Stephanus, Latij oppidum fuit, Albanorum opus, cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

MEDULLINA, mediæ, Plutarchus, Puella cuiusdam Romanæ nomē fuit, quæ à patre in tenebris vitium passa, quum ex detracto ei anulo stupri auctorem agnouisset, capillis eum ad aram petraxit, patrēq; primum, deinde etiam seipsum ad expiandum flagitium interfecit. Vide Plutarchum in Paralleliis.

MEVIA, pen. prod. mediæ, Fuit filia Phorci ex Cero marina beluæque vna cum duobus foribus Euryale & Stenione, Gorgades insulas in Oceano Æthiopico tenuisse feruntur. Vnde & Gorgonides appellantur. Hæc quum esset insignis forma, etiam habuit inter alia decoris spectabilia crines proximæ auri colorem accedentes, quorum splendore captus Neptunus, in Mineræ templo cum ea concubuit: ex quo concubitu postea natus est Pegasus equus. Quam iniuriam Mineræ graui & iniquo animo ferens, Medusa crines, quibus maximè amatoris suo placuerat, in angues mutauit: dedecq; vt omnes eam aspicientes in lapides verterebantur. Quamobrem quum nomen eam immane monstrum intueri posset, Perseus Iouis & Danae filius, Mercurij talibus, & falcatō crine accepto, Palladis item scuto, vt ære repercussam efficeret eius videre impune posset, ex improvisis, quum ipsa anguēq; sopiti essent,

adortus, vna validissimo idu percussit, & in partiam rediens quæ eiusdem caput secum deferret, contigit vt guttæ sanguinis decedentes per solitudines Africæ murarentur in serpentes. Vide Lucan. lib. 9. Squalabant late Phorcinoides arua medusæ. *¶* Inde Medusæus, a, um, vide in dictione SEGASVS.

Medusa, mediæ, A quibusdam appellatur herba ea, quam Romani Veneriam, siue Lanecolam, Dioscorides λαντζην appellauit. Habet hæc herba florē inuerso pilculo simile, qui theatralis iactus, & histrionica personæ formam refert: ex cuius medio, quasi ex aperto & hiante ore, se profert quadam quasi lingua candido colore. Ob quam causam & Medusam appellantur, à Gorgonis abscissi capitis similitudine. Nam etiam hodie in antiquis monumentis Medusæ caput ita effectum videmus, vt quam maximè potest, aperto ore, linguam exerat. Vide Marc. Verr. in Dioce.

MEGABYZI, μεγαβυζοι, siue Megalobysi, Dicebantur Ephesæ Dianæ sacerdotes, quos eunuchos esse oportebat: vnde & pro imbellibus ac molibus poni consueverunt, quales sunt spadones. Quint. lib. 5. cap. 1. An verò statuarum artifices, pictoresq; clarissimi, quum corpora quam speciosissime pingendo, fingendoq; effingere cuperent, nunquam tamca in hunc ceciderunt errorem, vt Bagoum, aut Megabyzum aliquem in exemplum operis assumere sibi, sed Dorphyphorum illum aptum vel militis, vel palestræ aliorum quoq; iuuenum bellioforum & athletarum corpora decorare existimant.

MEGAE, μεγα, cum diptelongo in pen. Furia infernalis. Nam μεγα Odis, siue inuidio Latine denotat. Clau. Inuestiua prima in Rufinum, Improbata mox surgit tristi de sede Megæra.

Megalum, μεγαλον, Vnguentum à magnificencia sic appellatur, eo quod excussit Teliuum ante se canarissimum alij à Megaleo inuenteore Siculo, siue Atheniensis dictum maluit. Vide Dioscoridem lib. 1. cap. 6. & Hermolaum in Plinium.

Megalētia, orum, μεγαλητια. Dies qui dicitur erat magnæ matri decorum. Ludi quoque qui celebrabantur ante templum in ipso Magnæ matris deum conspectu, Megalētia, siue Megalenia dicebantur, & Ludi Megalenses. Lili. lib. 2. ab Urb. M. Iunus Brutus ad eam Magnæ matris deum in palatio dedicauit, & ludos ob eam dedicationem factos, Megalētia appellauit. Cicero de Aulpi. respon. Nam quid ego de illis ludis loquar, quos in palatio nostri maiores ante templum in ipso Matris magnæ conspectu Megalētiis fieri, celebrariq; voluerunt?

MEGALOPOLIS, μεγαλοπολις, Arcadiæ vrbis, post Leucticum bellum condita: quæ dimidia sui parte Orestia vocabatur, ab Orestis aduentu. Ex hoc oppido ortum traxerunt Cercidas, præstantissimus legislator, Miliambon poëta, Aenias Peripateticus Theophrasti discipulus, Acelodorus, qui de vrbibus scripsit, & Polybius Historicus. *¶* Megalopolis item Asia oppidum fuit, postea Aphrodisias dictum, inter Lycum & Mæandrum fluios situm, quod Stephanus Cariz attribuit: quanquam in Græcis codicibus Icariam corrupte legamus pro Caria. Tertia eiusdem nominis ciuitas in Iberia collocatur ab eodē Stephano.

Megalopolis, μεγαλοπολις, Megalopolis incolæ: Stephanus.

Megaloprepia, μεγαλοπρεπια, Ital. Magnificencia. *[Hisp. Franquicia.]* Magnificencia, vel munificencia, quæ inter magnos viros velatus, magnificencia rebus. *¶* Et Megaloprepes, μεγαλοπρεπης, dicitur, qui huiusmodi magnificencia, aut munificencia vitæ: quem Magnificum quidam appellant.

Megaloplychia, μεγαλοπλυχια, Magnanimitas: & Megaloplychus, μεγαλοπλυχος, Magnanimus.

MEGARÆA, æ, penult. corr. μεγαρη, Vrbis est Achæia in confinio Atticæ, & Peloponnesi, patria Euclidis Geometre: ita dicta à Megareo Apollinis filio. Vrbis huius meminit Plinius libro 4. cap. 7, & Serrius Sulpirius ad Ciceronem lib. 4. Epistol. Pto eodem dicimus Megaræa, orum, plurali numero. Plin. lib. 16. cap. 39. Megaris diu stetit oleaster in foro. Columel. libro 10, lam Megaris veniant genitalia semina bulbi. *¶* Est item Megara, montis nomen in Sicilia apibus abundantis, in quo vrbem habet eiusdem nominis in radice sitam. *¶* Fuit præterea hoc nomine filia Creontis, & vxor Herculis.

Megaræa, a, um, adiectiuum. Virg. 3. Aen. Pantagiam Megaræsq; filius.

MEGARIS, v, dictio trisyllaba, μεγαρης, Nomen fuit patris Hippomenis, & nepotis Neptuni, ex Oncheleto Bæotiz oppido oriundi. Quid. 10. Metam. Nanq; mihi genitor Megareus Onchele filius. Est Neptunus auus: pronepos ego regis aquarum. *¶* Fuit præterea eodem nomine vnus ex Apollinis filius, qui Megaris à se conditis nomen fecit.

MEGARIS, idis, pen. corr. μεγαρη, Regio est Achæia, in confinio Atticæ & Peloponnesi, ita dicta à Megaris, præcipua eius tractus vrbis. Plin. lib. 4. cap. 7, Attingit Isthmum parte sui, quæ Megaris appellatur, & colonia Megara. Ex hac regione præstantissimi murebantur bulbi, qui ab ea dicti sunt Megarici. Plin. lib. 19. cap. 5, Proxima his est bulborum natura, quos Cato in primis ferendos præcipit, celebrans Megaricos. *¶* Est præterea Megaris, insulæ nomen inter Neapolim & Paufilypum sitæ, teste Plinio lib. 3. cap. 6.

MEGAS, mediæ, Vnus fuit ex Græcorum principibus, qui ad Troiam profecti sunt: de quo Homerus in Catalogo nauium.

Megistanes, μεγαστανες. Ital. Magnati gran personaggi. Hisp. Grandes en dignidad. *[Dicuntur proceres, primatesq; nam μεγας Latine dicitur Maximus. Corn. Tacit. Megistanas Armenios qui primi à nobis defecerat, pepulit sedibus. Suet. in Caligula cap. 5, Regem etiam regum & exercitatione venandi, & conuictu megistanum abstinent.]*

Melchircule, lurandi aduerbiū, Idem significans quod per Herculem. *[Melchircule Ital. Melchircule.]* Cic. Att. lib. 10, Epistola tua gratissima fuit meæ Tulliz, & melchircule mihi. *¶* Dicimus etiam Melchircule in eodem significacione. Festus, Meccator, & Melchircule iurandum erat, quasi diceretur, Ita me Callor, ita me Hercules: vt subaudiatur, fuit. Cicero in Oratore, Imperatum est, inquit, à consuetudine, vt peccare si uicacis causa liceret: & Pomeridianas quadrigas, quam Postmeridianas libentius dixerim, & Melchircule, quàm Melchircule.

Meio, is, dissyllabum, retineat coniugationis, significat vrinam emisso. *[Meio Ital. Orinare. Hisp. Orinar.]* Diomedes præteritū quidam proprium Meij esse dicit, sed Minxi esse in vfu. Perlius Saty. 7, facer est,

-facer est, pueri, locus, extra Meire. Horat. 1. Scem. Saty. 7. Dicitur autem forma melioris meiat eodem. Mart. libro 3. Minxisti currense semel Paulina carina: Meire vis iterum, iam Palinurus eris. Iuven. Saty. 1. Cuius ad efficiendū non tantum meire fas est. ¶ Mictum, mictu in supino. Horat. 1. Scem. Saty. 8. atq; in me veniat mictum atq; cacatum Iulius & fragilis Pedacia. Mula meiens, Catullus.

Melchius mellis, à Græco μέλι, notæ significationis est. [Ital. *Melch.* Hisp. *mel.*] Cicero de Senect. Villaque tota locuples est: abundat lacte, caseo, melle. Idem 3. de Fini. Mel est dulcissimum est, suo tamen proprio genere saporis, non coparatione cum aliis, dulce esse sentitur. Virgil. 4. Georg. hinc cæli tempore certo Dulcia mella premes. Ibidem, Ferret opus, redolent; thymo fragrantia mella. Ibidem, & spumantia cogere pressis Mella fauis. Plaut. in Trucul. In melle sunt linguæ suæ voltræ, atque orationes, Coida in felle sunt, ita, atque acerbo aceto. Sunt qui dicant mel esse cæli sudorem, alij syderum saluam, alij purgantem se acris locum. Constat tanē acere decidere, syderum maximē exortu, sub lucis temporibus. Vnde sub primam aurorani, folia arborum melle rosida inueniuntur. ¶ Mel verum, dicitur Anthū mel, ¶ Mel altitum, vocatur *ἀγρίον*. ¶ Mel quod per se fluxit, Acetum vocatur, quoddam retrimento sit. ¶ Mel sylvestre, Ericæum ab erica frutice, quam & gilarum nominant, folia habet tamarici similia. ¶ Acetum, Mel purum atq; integrum, quod neque acceſcere cepit, nec ullum passum est vitium. Vide Plin. lib. 11. cap. 14.

Melliculum, li, diminutivum blanditiæ *μελίνος*. Plaut. Casi. Meum corculum, melliculum, verculum. Idem Curcul. Egoñ apiculator opera congestum non feram. Ex dulci oriundum melliculo dulci meo.

Melliculus, a, um, diminutivum, à Melleus. *μελιόλυτος*. Plaut. Casi. Mea vita, mea mellicula, mea festinatio. Sine tunc oculos deosculer voluptas mea. Quamquam non absurdè forasiss Mellicula, diminutivum ibi intelligere possumus à nomine Mel: vt Mea mellicula, plurali numero dictum intelligamus, pro eo quod est, Mea mella, vel mea delicia.

Mellarius, a, um, Quod ad mel pertinet. *μελιάρης*. Plin. lib. 21. cap. 14. Vasa mellaria, aut fauos lauari aqua precipiant.

Mellarium, substantivum, vide infra *ΜΕΛΙΤΩΝΕΣ*.

Mellarius, iij, substantivum, Qui mellis opus exercet. *μελιτάρης*. Varr. lib. 3. de Re rust. cap. 16. Ad extrema, quā mellarij saucum eximere possint, operacula imponunt alveis.

Melliturgus, *μελιτურγος*, Latine Mellarius dicitur, qui mellificium exercet: sic enim interpretatur Varr. lib. 3. de Re rust.

Mellitor, onis, Mellis vindemia, quum mel eximitur. *μελιτόρη*. Plin. lib. 11. cap. 16. Hæc ergo mellitior sine vindemia & Virgilium occasu, Idibus Novembri ferē includitur. Idem lib. 11. cap. 15. Aestiva mellitior decimam partem Thasio Dionysio apibus relinquij placet.

Melleus, a, um, Quod ex melle est, vel mellis dulcedinem refert ipso gustu. *μελιεύς*. Ital. *Di melle*. His. *Cosa de materia de miel*. ¶ vt Meliens sapor, apud Plin. lib. 15. cap. 14. Per translationem quoq; vocem melicam dicimus, pro suavi, & auidu iucunda.

Mellitus, a, um, pen. prod. Quod est melle conditum: vt. *μελιτώδης*. *μελιώδης*. Ital. *Mellato*. Hisp. *Casa dulce como miel*. Placentæ mellitæ. Horat. 1. Epist. 10. Vique sacerdotis fugitivus, liba recuso, Panæ ego iam mellitis potiore placens. Plin. lib. 36. cap. 19. Mellitæ succum remittit dulcent, mellitumq; tulus. Varr. 3. de Re rust. cap. 16. Et faui melliti intus ponendi, à faucibus longe. ¶ Mellitus puer, pro suavi, & iucundo. Cic. ad Att. lib. 3. ita sum ab hominibus delictus, vt tantum requieris habeam, quantum cum vxore, & filiola, & mellito Cicrone consumitur. Catullus ad Iuvenium, Mellitos oculos tuos Iuenci, &c.

Mellivus, a, um, Ex quo fluit mel, vel fluere videtur, *μελιίρως*, *μελιέρως*, hoc est dulce, iucundum: vt Mellivus oratio.

Mellifico, as, Mel facio. *μελιποιέω*. Ital. *Far melle*. Hisp. *Hacer miel*. *lar abejas*. Virgilius, in quodam Epigrammate, Sic vos non vobis mellificatis apes. ¶ Inde Mellificus, a, um, *μελιποιτικός*. Colum. lib. 8. Vt ab opere mellifico evocata apes fertibus explant. ¶ Item Mellificatio, onis, *μελιποιήσις*.

Mellificium, ei, Mellis factio. *μελιποίησις*. Varr. de Re rust. lib. 3. cap. 16. Sed vt hoc apitulum ad sanitatem apium, sic ad mellificiū, thymum. Idem, Quod ad mellificium bonum vehementer prodicit. Colum. lib. 9. cap. 12. Apes magis mellificis, quam fertibus student.

Mellifer, ia, tum, Ferens mel. *μελιτφόρος*. Ouid. 1. Met. Nonne vides quos cæra tergit sexangula, scetus Melliferarum apium sine membris corpora nasci?

Melligenus, na, num, penult. corr. Quod est eiusdem generis cum melle, *μελιγής*. Plin. lib. 16. cap. 7. Fert & aliam inutilem pillulam cum capillo, verno tamen tempore melligeni succi. Hoc est eiusdem succi, cuius est melisipsum.

Melabathrum, pen. corr. *μελαβάθρον*, Herba est, quæ alio nomine Parthenium dicitur, chamaemelo adeo similis, vt pro ea Cæpe fallat legentem. Vide Dioscoridem lib. 3.

ΜΕΛΑΦΝΑ, *μελάφνα*, Infusa est in ostio maris Adriatici quæ alio nomine Coreya dicitur: vt docet Plinius lib. 3. cap. 26. Statius lib. 12. Thebaid. Icarij, Celeij domus, viridifq; Melana.

ΜΕΛΑΝΕ, *μελάνη*, Oppidum in Arcadia, à Melæneo Lycaonis filio conditum inter Hecaram, & Megalopolim. Plinius Melaniam vocat lib. 4. cap. Stephanus Melanas.

Melanecides, penult. corr. *μελάμητις*, Herba est, quæ alio nomine Helix dicitur: quidam etiam ex Latinis Vitem nigram appellant. De hac Dioscorides lib. 4.

Pallor, palloris, penul. prod. [Pallor, li, prod. Ital. Pallore, pallidiffa. Hisp. Amarillez.] Proprie dicitur color ille in homine, quum pellis sanguine destituta lutescat, quod accideret solet in subito metu, sanguine scilicet interiora recipient. Quid. 1. Metam. -buxoque similis ora - Pallor obit, lachrymisque genæ madere profusus. Cic. 1. Tusc. Ex quo fit vt pudorem rubor, sic terrorem pallor, & tremor, & dentium crepiscusque quatur. Virg. 4. Aen. Hæc effata silet, pallor simul occupat ora. Pli. lib. 14. cap. 2. Hinc pallor & genæ pendule. Pallorem capere dicuntur vasa, apud Colu. lib. 12. cap. 50.

Pallio, les, ius, Pallidus sum. [Pallio, li, Ital. Effere pallido, effere somno. Hisp. Amarillez.] Cic. 1. Philip. Non dissimular. e. apparet esse commotum, sudat, pallet. Ouid. 1. de Arte. Pallet omnis amans, color hic est apertus amant. Martialis lib. 1. Pulchre valet Charinus, & tamen pallor. ¶ Huius composita sunt, Expallio: quo Expallio, valde pallidus hoc, Plautus in Curcul. Videt vt expallio impallio, a quo Impallio, quod est rei alicui tam pertinaciter incumbere, vt inde pallor contrahatur. Persius, Ac te nocturnis iuvat impallio chartis.

Palliole, Pallidus hoc. Pli. lib. 19. cap. 10. Et cyminum sub Canis ortu pallescit. Propert. lib. 1. Eleg. 12. Perditus in quadam, tardis pallescere curis incipis.

Pallidus, a, um, Vt, Pallidus color, qualem in corporibus exanguibus videmus. [Pallidus, li, Ital. Pallido, somno. Hisp. Amarillez.] Pli. lib. 10. ca. 33. Merops vocatur, guntiores suos reconditis pascens pallido inuol color pennarum. Virg. 1. Georg. -aut vbi pallida surgit Tithoni crecum inlucens Aurora cubile. Horat. 1. Seru. Sat. 2. -vel pallida lecto Desiliat mulier, miseram se conficia clamat. Ouid. 4. Metam. -oræque buxo Pallidiora gerens.

Pallidulus, a, um, diminutiuum. Catu. ad Oratulum, Pallidulum manas aluit vnda pedem.

Palma, z, xipus, Ital. Palma della mano. Hisp. La palma de la mano tendida.] Est volamans, hoc est pars illa conuexa quæ dicitur inter digitos & digitos intermedios: cuius pars exterior à Græcis *καρπία* dicitur. Quamquam etiam non raro pro tota manu palmam acceptam legimus. Cic. in Orat. Quum autem manu dilatauerat, palmæ illius similem eloquentiam esse dicebat. Virg. 2. Aen. -nam teneras atrebant vincula palmas. Scatius 10. Theb. -tolens madidas ad lydera palmas. Virg. 1. Aen. duplices tendens ad lydera palmas. ¶ Ab huius autem similitudine arbor illa nobilis quæ dactylos profert, quæ Græci *φύλλα* appellant, à nostris quoque Palma dicitur, quod comam in cacumine habeat circumtextam, & ramos in digitorum modum protendens. Ital. Palma albero. Hisp. La palma arbol.] vnde & fructum eius dactylos, hoc est digitos vocamus, quod digitorum manus similitudine referat. Hæc arbor in Italia sterilis est, maritimis Hispaniæ fructum fert, sed in intermedielem in Apherica, sed statim evanescens. Contid autem in Oriente ex his vna sunt, alibi etiam panis, & pluribus quadrupedibus cibis. Non cedit ponderi, sed surgit aduersum pondus idem victoribus traditur præmion, quod non cessat, sed perennat in bello persistere. Vide Gellium lib. 3. cap. 6. Vnde etiam ponitur pro victorie signo, aut pro ipsa victoria. Plutarchus, In certaminibus palmam signum esse placuit victoriæ: quoniam inge. huiusmodi lignum est vt argenti, opprimentibusque non cedat. Item Palma, causa certaminis dicitur, vt annotauit Donatus in illud Terentij ex Prolog. Phorm. In medio omnibus palmam esse possum, qui artem tractant musicam. ¶ Item Palma, vt docet Seruius in lib. 1. Aen. id significat togam, quæ etiam Toga palmata dicebatur, à palma in ea intertextæ: proprie triumphantium fuit, quæ mercedem huiusmodi de hostibus palmam deportant. Alij à laticudine clauorum dictam volunt Palmatam, quæ nunc à genere picturæ,

Picta appellatur. Mart. lib. 7. Palmata quæ ducem, sed citò, redde rogæ. ¶ De natura palmæ arboris, vide Pli. lib. 3. cap. 5. & lib. 1. cap. 4. & Dioscoridem lib. 1. cap. 1. 50. & Theophrastum lib. 1. cap. 2. & lib. 3. cap. 5. ¶ Dicimus Latine, Palmam ferre, id est victorem esse. Palmam dare alicui, id est victorem fieri. Referuare palmam alicui. Habere palmam, Accipere Palmam, Petere palmam. Testimonia palmam obuia legenti bonos auctores.

Palma, x. Extrema pars remi, eo quod in modum palmæ protensa est. Ital. Pala de remi. Hisp. La pala del remo.] Virg. lib. 5. Aeneid. & la uas stringat sine palmarum cantes. Sunt & Palmæ, quoniam, fructus palmæ, qui & Dactyli, & Caryotæ dicuntur. Varro 1. de Re rust. ca. 67. Nucem iuglandem, & palmarum, & ficum Sabinam quanto citius ptomas, iucundiore vtare.

Palmetum, palmeti, Locus palmi confitus, vel vbi frequenter sunt palmæ. [Palmetum, li, Ital. Lugo dove sono piantate molte palme. Hisp. El palmar, lugar de palmas.] Pli. lib. 5. cap. 1. Ibi fama, existere circa vestigia habitari quondam soli, vinearum, palmetorumque reliquias. Ponitur aliquando non pro loco in quo palmæ confite sunt, sed pro palmarum frequentia. Ibi, Hiericentem palmetis confitam, fontibus irriguam.

Palmus, a, um, Quod est ex palma arbore. [Palmus, li, Ital. Di palma. Hisp. Cosa de materia de palma.] Colu. lib. 5. cap. 5. M. Columella agricola Bæticæ provincie, sub ortu Capiculi, palmis regetibus vineas adumbrabat. Pli. lib. 24. cap. 17. Vinum palmum capiti noxum.

Palmosus, fa, sum, Quod est palmis abundans. [Palmosus, li, Ital. Abondante de palme. Hisp. Cosa llena de palmas.] Virg. lib. 3. Aen. Teque datis liaquo ventis palmosa Selinis.

Palmaris, & hoc palmare, Vt Palmaris statua, quæ alicui propter victoriâ ponitur. Cic. 6. Philip. Sed illa statua palmaris, de qua, si meliora tempora essent, non possem sine tili dicere, &c. Et Palmare facinus, quod est dignum palma. Virg. 1. Aen. Palmare vestigium, dictum quod ex palmæ impressæ nota factum sit. [Palmare, li, Ital. Vestigio de palma.]

Palmarius, a, um, adiectiuum, Quod est palma dignum. [Palmarius, li, Ital. Digno de palma.] Terent. in Eunu. Id verò est quod mihi puto palmarium, Me receperis quomodo adolescentulus Meretricum ingenia & mores possit noscere. Donatus, Palmarium, palma dignum.

Palmifer, ra, tum, Perens palmas. [Palmifer, li, Ital. Qui produce palme. Hisp. Cosa que trae de cria palmas.] Ouid. 1. Amor. Ili Paratonium, genitaliaque arua Canopi. Quæ colis, & Memphis, palmiferamque Pharon. Idem 10. Metam. Palmiferos Arabas, Pantheaque rura reliquit.

Palmipes, dis, Planos ad palmæ similitudinem habens pedes. [Palmipes, li, Ital. Palmipes, dis, Planos ad palmæ similitudinem habens pedes. Pli. lib. 10. cap. 1. Aut in palmipedum genere sunt, vt canes.]

PALMA, x. Cuius in maiori Baleari, Romanæ ciuitatis ius habet, vt tradit Pli. lib. 3. cap. 6. & Ptolem. lib. 2. cap. 6.

PALMARIA, x. xipus, Insula est vltra Tyberina ostia, in mari Tyrreno. Varro lib. 3. de Re rust. Hoc ita fieri apparet in insulis propinquis, Pontia, Palmaria, & Pandaria.

Palmes, iris, Viris sacramentum: inde nomen habens quod in modum palmæ humanæ virgulas quasi digitos edat. [Palmes, li, Ital. Palmes, iris, Viris sacramentum.] Hisp. El firmamento que está en la vida del pampano.] Pli. lib. 17. cap. 1. Sunt duo genera palmitum: quod è duro exis, materiamque in proximum annum promittit, Pampinarium vocatur. At vbi supra cicatricem est, fluctuarius. Alterum ex anniculo palmæ, temporeque fluctuarii relinquunt sub iugo. Et qui vocatur cultus, hic est nouissus palmes, non longior tribus gemmis, proximo anno materiam daturus, si vitis luxuria se consumpserit. ¶ Palmes & Pampinus pro eodem. Colu. lib. 4. cap. 17. Item si oculi singuli sub iugo binos pampinos emiserint, quauis largos fructus ostendant, detrahendi sunt eis singuli palmites, quod facit, quæ superest, materia confurgat. ¶ Palmes pro flagello vitis aliquando ponitur. Colu. lib. 4. ca. 21. Hæc brachia sat erit interm singulis palmitebus in fructum summitti.

Palmos, mas, Materias alligæ. [Palmos, li, Ital. Colu. lib. 1. ca. 1. Cæterum palma, id est materiam alligare, hoc tempore non expedit. ¶ In alia significatione accepit Quintil. in Declam. Cæci, Præterea inquit quum manus ex parte qua palmare vestigiū potest applicetur in capulo. Et paulo post, Tunc autem qui palmatus est paries, vestigium eius paries ostendit. ¶ Huius compositum est Depalmo, quod est Palma perentio. Hisp. Gell. lib. 16. cap. 1. Is pro delectamento habebat, hominis liberi os manu sua palma verberare: cum seruus sequebatur crumenam plenam assiu porciat, & quencunque depalmaverat numerari statim, secundum duodecim tabulas, viginti quinque asses iudebat.

Palmos, xipus, particula alienius in corpore palpitatio contra naturam, per vicem modo eam attollens, modo deprimens: fitque quandoque in sola cute, quandoque & in subiectis ei musculis: quæ si magna fuerit, membrum quoque vniuersum secum diutius saliendo trahit. Latinerum nonnulli Græcum nomen exprimentes, Saltum vocant. Dicitur enim *πάλμω* *ἢ πάλμω*, quod inter cetera salice significat.

Palmus, mi, [Italice & Hispanice. Palma.] Mensuræ genus: & est duplex, maior & minor. *ἰσχυρὸν* antiquè Maior digitorum duodecim. Græcè *αὐτὸς* vocatur. Minor digitorum quatuor, quæ Græci *πενταδύα* appellant. In mensuris hoc modo progredi solemus, vt omnium mensurarum minimam faciamus latitudinē grani hordei: hoc autem quare sumptum conficiat digitorum tres digiti vnciam quatuor, palmum minorem, quæ etiam diximus à Græcis *πενταδύα* appellatur. Ex duobus palmis conficitur diachas: ex tribus, palmus maior, quem Græci *αὐτὸς* vocant, Latini etiam Dodrantem, quod ad perficiendum pedem desit quatuor pars. Quatuor enim palmi minores, sine sedecim digiti ex plent pedem: sex palmi minores scilicet pedem. Duo pedes cum dimidio efficiunt giellum, siue passum simplicem. Tantum enim fere spatium intercedit in progrediendo inter digitos prioris pedis, & calcaneum posterioris. Simplicis passus geminatus facit passum geometricum, qui constat ex pedibus quinque. Ex mille deinde geometricis passibus conficitur milliæ.

Palmaris, re, Quod est magnitudine vnius palmi. [Palmaris, li, Ital. Vno de palmis.] Varro libro 1. de Re rustica, cap. 35. Rosa etiam condecitur radicibus in virgulas palmares.

Palmarius, adiect. *αὐτὸς* *ἢ πάλμω*. Quod est vnius vel multorum palmorum. [Palmarius, li, Ital. Vno de palmis.]

Hisp. Coja de pampana. Colum. lib. 4. cap. 24. Ne aut pampinariis palinis incertatus, aut verrucis similis futuiculus relinquatur. Et lib. 3. cap. 10. Ne pampinariam virgam deplanteat.

Pampinus, a. um, idem quod *Pampinarius*. Virg. lib. 2. Georg. Liber pampinus invidit collibus vmbra. Idem ibidem. Tibi pampino grauidus Autumnus Floret ager. Ouid. 3. Metamor. Pampineis agitat velata flondibus hastam. *Pampineus* odor, pro sapore vini. Prop. lib. 2. Pampineus noli quam sit amarus odor.

Pampinulus, fa. lum, Quod pampinis abundat. *ἡλικυατὸν*. Ital. *eli* abunda de pampinis. *Hisp. Coja de pampana.* Colum. lib. 5. cap. 5. Et si parum pampinosi viti est.

Pampinaceus, 2. um, adiectiuum. Colum. lib. 1. cap. 20. Amomi pondo quadrans, croci quincunx, cripæ pampinaceæ libram.

Pan, *πᾶν*, A Poëtis pastorum atq; idem totius nature Deus esse fingitur: vnde etiam à Græca dictione *πᾶν*, quæ idem significat quod totum vel omne, nomen accepit: quod putabant vno nature nomine omnia compliciti. Vnde etiam ita *Pana* pinxerunt, vt nihil ex toto vniuerso in eo videatur prætermisissim. Habet enim cornua in radiorum Solis & cornuum Luna similitudinem: rubet eius facies ad ætheris imitationem: in pectore Nebidæ habet stellam, ad stellarum imaginem. Pars eius inferior hispida est, propter arbores, virgulta, feras. Caprinos pedes habet, vt ostendat terræ soliditatem. Hic Uranogorgonis filius creditur fuisse, & altitalem composuisse septem imparibus calamis simul communis, propter harmoniam cæli. Virg. 2. Aegloga. Pan primus calamos extra coniungere plures instituit: Pan curat oues, ouiumq; magistros.

Panaces, huius panacis, penult. corrept. *πᾶν* & *παναξ*, *παναξ*, Herba cuius iucius Opopanax vocatur, *παναξ* & *πᾶν* & *ἀντα*, hoc est à sanandis omnibus morbis. Plin. lib. 2. cap. 3. Panaces ipso nomine omnium morborum remedia promittit. Colum. lib. 1. cap. 3. Panax vtiq; tempore, leui & subacta terra, rarissime dicitur.

Panacea, huius panaceæ, *πανακία*, Idem significans. Luc. lib. 9. Et panacea potens, & Thessala centaurea. Virg. 1. Aen. Ambrosios succos, & odoriferam panaceam. Lucetius (inquit Seruius) Panacea nomine vbiq; saltem intelligit: vnde postsumus in hoc loco Virgilij saltem intelligere: nam omnem pellit dolorem: melius herbarum, quia à odoriferam.

PANÆTIS, *παναιτίας*, Nicagore filius, patria Rhodius, Stoicæ sectæ Philosophus, Diogenis familiaris & Scipionis Africani præceptor, quem Cicero se in officiis imitari proficitur. Huius autem hodie celebratur aurea illa sententia, vitam hominum ex improposito assidua & propè quotidiana pericula ferre: quæ cauenda, oportet animo semper esse intento, vt sunt architecti. Sicut enim illi in certamine æthetico, caput, manibus oppositis, quasi vallo premuniunt: ita animus sapientis aduersus petulantiam iniuriarum, id est, fortis debet esse erectus, arduus, sepius, nequa in te repetita incurfus, imparatus, improcedis nobis obicitur. Fuit & alter Panætius senior, & ipse Rhodius, cuius multa est mentio apud philosophos. Vtriusq; meminit Suidas.

PANÆTOLIVM, *παναιτιλίον*, Mons est Aetoliæ altissimus, ita dictus, quasi totam occupet Aetoliæ. Plin. lib. 4. cap. 2.

Panætolicus, ca, cum, adiectiuum. Plin. lib. 4. cap. 2. Panætolium concilium, apud Litium lib. 1. belli Macedonici.

Panagrum, *παναγρον*, Retis genus quod omnia capit, à *πᾶν* & *ἄγρον*, caput, vel præda.

Panaretus, *παναίτης*, penult. corrept. Dicitur potest omnium virtutum communis: *πᾶν* enim totum significat, *ἄν* virtutem. Marc. lib. 6. Aguro madidus pollice Panaretus.

Panarium, vide *PANIS*.

Panathenæa, *παναθηναία*, Festa erant Athenis, à Theseo instituta in honorem Minervæ, quæ Latini Quinquaginta appellantur. Hæc ludis notem Minervæ per præconem & rubicem indicabatur: cuius gymnicum certamen per præconem & rubicem indicabatur: cuius spectatione mulieres arcebantur. Pueri quoque & puellæ sese manibus complexi, Pyrrhicam in theatro saltabant. Erant autem duplicia, Maiora quinto quoque anno celebrata solita, & Minora, quæ quorannis peragebantur. Hinc Panathenæus, *παναθηναίος*, liber Hæcatis. De Panathenæis vide Alexandrum Neapol. lib. 5. cap. 8, & lib. 6. cap. 19, & Cælium lib. 6. cap. 49.

Panathenæicon, *παναθηναϊκόν*, Genus vnguenti, quod, vt Plin. lib. 1. cap. 2. inquit, Athenæ perscrutante obtinuit.

Pancarpæa, *πανκαρπία*, Corona ex variis & penè omnibus florum generibus facta. Festus.

PANCHÆIA, *πανχαια*, Regio Arabiæ, tota arenosa, in qua arbores sponte natiæ thus emittunt. Virg. 2. Aeneidos, Totique thurisiferis Panchæia pinguis arenis.

PANCHÆI, Populi, qui, vt Pomponius lib. 3. refert, deserta Sabæ habitant: qui & Ophiophagi vocantur, quoniam terpentibus vescantur.

Panchrestos, vel *Panchrestum*, *πανχρεστόν*, Medicamentum nobile, quod Latine dici potest morbis omnibus conuicibile, vel omnibus affectibus utile. Plin. lib. 2. cap. 7. Fit ex pomis panchrestos stomatice, eadem æteriace appellata. Idem lib. 36. cap. 20. de generibus hæmatitarum loquens, Principatum dæ ex his Aethiopico, oculorum medicamentis vtilissimo, & his quæ Panchrestæ appellant. Cic. 6. Verr. Aduentu L. Metelli Prætoris, quom omnes eius comites iste sibi suo panchresto medicamento amicos redemisset, & C. Qu. in loco Cicero pecuniam per locum medicamentum panchrestum appellat, quod ad varios vsus fit vtilis. Ipsi præferunt Verr. qui spem omnem salutis in pecunia habebat repositam: nullumq; tam graue periculum arbitrabatur, cui pecunia mederi non posset.

Panchyros, *πανχυρος*, Gemma quæ constat ex omnibus coloribus. Plin. lib. 37. cap. 10.

Pancratium, *πανκρατίον*, Certamen gymnicum fuit teste Hermolao in lib. 34. Plin. cap. 8, quod Latine dicimus Quinquertium, quoniam ex quinque certandi generibus constabat, cursu scilicet, disco, saltu, iucta, & pugilatu. Hoc à Græcis, teste Festo, alio nomine dicitur Pentathlum eadem ratione quia à Latinis Quinquertium. Hermolao tamen loco iam citato distinguit Pentathlos à Pancratistis, & hos cursus ab his quos Periodo victores vocant, vt Pancratistæ esse plus sit quàm Pentathlum esse: & cursus Periodo victorum plus quàm Panera-

tistæ. Vult enim Pentathlum esse, qui quinque his certandi generibus congregitur, hoc est qui & iucta, & saltu, & cursu, & disco, & pugilatu certat: etiam si in omnibus hisce, aut quibuscumque succumbat. Pancratistæ autem dici putat, qui quinque hisce certandi generibus congregitur, omnibus vicit. Periodo autem victoris, is dicitur (teste Festo) qui quatuor illa sacra Græcæ certamina, Isthmia scilicet, Nemeæ, Pythia, & Olympia obiit, & in omnibus hisce vicit. Pancratium itaque & Pancratistæ, secundum hanc Hermolai opinionem, dicuntur *πανκρατίον*, hoc est à vincendo omnia: vt Pancratium sit certamen illud quo quis quinque iam dictis certandi generibus congregitur, omnibus vicit: Pancratistæ verò, qui ex quinque hisce certandi generibus euasit victor. Budeus verò in prioribus Pandæ. Annotacionibus, videtur Pancratij & Pancratistæ vocabula deiciat *πανκρατίον*, hoc est ab omnibus viribus, quas in hoc certaminis genere effundebant. Putatq; Pancratium fuisse certaminis genus, quod aduocatis omnibus corporis viribus, omniumq; neruorum contentione transigebatur. Nam & calcibus, & cubitis, non modò pugnis, Pancratistæ utebantur. Quint. lib. 2. Inquit, sicut ille exerceendi corpora petitus, non si docendum pancratillem suscepit, pugno ferire vel calce tantum, aut nexu modò ceteros aliquos docebit: sed omnia quæ sunt eius certaminis. Plin. lib. 3. cap. 11. Alcimachus Dioxippum, qui Olympia pancratio citra pulueris iactum (quod vocant *ἀγών*) vicit.

Pancraticæ, aduerbium, hoc est robustè: vnde Pancraticè valere, est robustum esse, & firma corporis valetudine, vt solent ij qui Pancratio exercentur. Plaut. in Bacch. Benèc vsq; valuit: pancraticè, atq; æthetice.

Pancratistæ, *πανκρατίσται*, Certator, & victor pancratij. Gell. lib. 3. ca. 15. Diogenes filios tres habuit, vnum pugilem, alterum pancratistam, tertium luctatorem. Vide *PANCRA TIUM*.

Pancratiuz, *πανκρατίας*, Apud Senec. lib. 5. de Benef. legitur pro pancratistæ. Lacedæmonij (inquit) vetant suos pancratiuz casu decernere.

Pancraticè, aduerbium, vide *PANCRA TIUM*.

PANDANA porta Roma, quæ antea Saturnia dicebatur: ita dicta à verbo Pandò, quod semper pateat ad res quæ in vrbe terrebantur. Eadem dicebatur Libera, à libertate. Auctores Pompe. Fest. & Var. lib. 4. de Ling. Lat.

PANDARIA, *πανδαρία*, Insula est exigua in sinu Cautano, distans à continente ducentis quinquaginta stadiis. Strabo lib. 5.

PANDATA, *πανδατα*, Insula in Puteolano situ, teste Plin. lib. 3. ca. Pandætarum, *πανδατα*, Volumina sunt (inquit Budeus) nihil non continentia, & ex quibus possis, quod velis, velut è Cornu copie depromere. Vnde Pandætar legi, quæ omne ius complectuntur: *παν* omne, & *δατα* capio. Gell. lib. 11. Tullius Tiro, Cicetoni liberos libros de variis ac promiscuis quæstionibus composuit, quos Græco vocabulo Pandædas, id est promiscua, & multitudine continentes, libros inscripsit, tanquam omne rerum ac doctrinarum genus continentes.

Pandicular, atis, Extendor, vt faciunt qui è somno expurgati sunt, oscitantes. *ἐκπιδύω*. Ital. *Dispartir*. *Hisp. Enajjar todo el cuerpo*. Pandiculatur, inquit Festus, qui toto corpore oscitantes extenduntur, co quod pandi fiant. Plautus in Menæ. Ego me assimulem insanire, vt illos à me absterream, vt pandiculari oscitator.

Pandicularis dies, qui & Communicarius dicebatur, in quo communiter omnibus diis sacrificabatur. *πανδύω*. Festus.

Pandiculatio, pandiculatio, Oscitatio, vel potius corporis inter oscitandum extensio. *ἐκπιδύω*. Auctor Festus.

PANDION, *πανδίων*, Proprium nomen Erichthei Athenarum regis filij qui patri successit in regno. Huius filij fuerunt Progne & Philomela: quarum Progne Tereo Thracum regi, cuius ope Ponti regem proligauerat, vxorem dedit. Reliqua vide in dictione *PANDION*.

PANDIONIA, *πανδωνία*, hoc est Attica: Pandionis, a. um, idem quod Atticus. Lucanus de Pallade, Et Pandionias quæ cuspide protegit arces.

Pando, dis, passum, Significat patefacio, aperio. *πανδύω*, *πανδύω*, *πανδύω*, Ital. *Apreire, manifestare*. *Hisp. Abrir & descubrir*. Virg. 2. Aen. Pandurum portæ, iuvat ire, & Dorica castra, Desertorij videre locos, lituq; relictum. Plaut. Bacch. Pandite, atq; aperite propere ianuam hanc. Virg. 4. Georg. & alas Pandere ad altum Solem. Idem 3. Aen. Anchisen facio certum, tæmque ordine pando. Huius composita sunt, & Expando, *ἐκπαύω*, extendo: à quo expassum, extensum. Cælius apud Gell. lib. 1. cap. 15. Flammæum expassum domi. Dispasso, in diuersas partes extendo: vnde Dispassus, idem quod diffensus. Plautus tamen in Milite glorio (vt in capite iam citato annotauit Gellius) Dispassus manibus dixit, pro Dispassus, a in e commutato. Credo ego, (inquit) illos exemplo, tibi esse eundem extra Portam dispassus manibus, paribulum quum habebis. Oppando, circumextendo, *ἀντιπαύω*. Propando, late extendo, ultra pando. Repando, à quo Repandum dicitur, quod retrosum patet. Vide suo loco.

Pandens, participiū. Virg. 6. Aen. Melle soporata, & medicatis frugibus ossam Obiicit: ille fame rabida tria guttura pādens Corripit obiecta.

Passus, a. um, à pandio. *πανδύω*, *πανδύω*. Ital. *Spanjo, distenjo, aperto*. *Hisp. Desfibrado, estendido*. Idem est quod patens, extensus. Plaut. In portum vento secundo, velo passio peruenit, id est celsissimo cursu. Passa vela dicimus expassus, distensa, explicata, vento commenta ac plena. Capillus passus idem quod diductus, porrectus, dispersus. Terent. Phorm. Capillus passus, nudus pes. Quod & expassum aliquando dicimus, & Dispassum & mutatione a in e, dispassum. Plaut. in Mil. Dispassus manibus. Veteres enim passum dixisse, non pandum, & Expassum non Expansum Gellius Seruiusq; testantur. Dicit enim Seruius, Ideo autem pando non facit pandum, quia plerumq; a quod in prima vel bi positione inuenitur, in præteriti participio non est, vt Tundo, tusus. Et licet euphonici causa varietur, vel in generibus vel in numeris: Nactus tamen & passus nunquam penitus potuerunt. Passus manibus: hoc est, diductis atq; distensis. Terentianus tamen oppansum velum dixit pro oppasso & extento. Expansos, inquit, rugula fodiant, cruceas suspirant.

Pando, as, Incurro, *ἐκπιδύω*. Ital. *Incorrare, incurrare*. *Hisp. Empañar & encoruar*. Vnde Pandari trabs dicitur, quasi incuruari, cederetq; pondericuius contrarium palmæ facimus, quippe quæ non contra iusticia, sed in diuersum tenendo fornicantur. Plin. lib. 14. cap. 42. Ac populus contra omnia iusticia pādatur. Et paulo post, Facile pandatur iuglans. Hinc

polites dictus est: de quo Plinius lib. 5. cap. 9.

PANDORA, *πανδώρα*. Vulgo *Pandora*, Latine statim dicitur: quo nomi-
ne dicta est Sicilia insignis civitas propter multitudinem nauum quæ
vndiq; illuc conueniunt. Hæc etiam in neutro genere esset: Panoro-
mus. Componitur *παν* & *δωρα*. Est autem *δωρα*, portus pars,
sive statio: vnde nautæ Hormizæ dicuntur quando nauem ancoris &
retinaculis instruunt, quo secura sit & repentinis procellis. Hinc sunt
Panormita, *πανορμιται*, & Panormitanus, qui ex Panormo est.

PANSA, dicti sunt quibus lati ac panis sunt pedes: sicut Planci, quibus pla-
ni sunt. *πανσά*. Plin. lib. 11. cap. 45.

PANSCHESTOS, *πανσχεστος*. Gemma quæ afferre fecunditatem existima-
tur: ita dicta quasi protus augusta & veneranda. Alias Paneros dicitur.
Plin. lib. 37. cap. 10.

PANSCLENUS, *πανσκληνός*. penult. prod. Plenisunium, quum scilicet Luna
pleno orbe fulgens, totam lucet noctem. Nam *πανσκλην* Luna dicitur: vnde
& Proclius *πανσκληνός*, ante Lunam natum: quo cognomine dicti sunt
Arcades, qui se ante Lunam natos fuisse gloriabantur.

PANTACEUS, *πανταχῆς*. Fluvius est in finibus Italix, non procul à Gar-
gano monte, iuxta Calchantis, & Podalirij (scilicet Ausus) aquæ ad peco-
rum morbos præstans habent remedium. Dicitur Pantaceus, *πανταχῆς*
πανταχῆς, hoc est à morbis omnibus curandis.

PANTAGIAS, *πανταγίας*. Fluvius, qui quum plenus incederet, totam Si-
ciliam sonitu implebat: post rapum autem Proserpine quum Ceteri si-
liam querenti obstitisset, tacere iussit, parum nimis volentem.
Hæc Servius in illud Virg. 3. Aen. Viuo perterre chor ostia saxo. Panta-
gia. Nomen autem videtur accepisse hic fluvius à nimia rapiditate,
πανταγίας, quod obuia, quæque profertur atque secum rapit.

PANTHEA, *πανθεα*. Vxor fuit Abradate regis Suzorum, vt forma ita &
castitate insignis: quæ à Cyro maioris, expugnati illius inter-
tus capta est, liberalitèq; ab eo habita, Abradaram virum ad se ac-
cessit, cum per communia læta fœdera oblectis, vt pro tanta regis in
se benevolentia aliquid illi mercedis rependeret. Quæ vxoris oratione
inflammatus Abradatas cum vniuersis copiis in Cyri castra venit: vbi
quum fortiter dimicasset mortem oppetisset, Panthea cadaver illius inter-
tor millia cesorum agnium, lætica sua ad ripam Pastoli amnis retulit:
ablutisq; eius vulneribus quum nutrix quid post mortem fieri vellet
in mandatis dedisset, capite in mariti pedus inclinato necem sibi con-
fiscuit. Vide historiam hanc latius apud Xenophonem lib. 7. *Panthea* Cyri.

PANTHEON, *πανθεον*. Templum Romæ, quod, vt Dion histori-
cus refert, sic dictum fuit, quod in Martis, Venerisque imaginibus, sub
ipso templo constitutis, omnium deorum imagines effictæ erant. S. ue
quoddam templum ipsum rotundum sit, exlòq; pectus, & sic quoq; om-
nium deorum habitatio censetur. Potest etiam dici Pantheon, sum-
mum deorum. Nam *παν* significat omne (quod sanè in similibus spe-
ad summum spectare solet) & *θεον* deorum. Vnde Plinius lib. 36. cap. 11.
Pantheon Ioui vltimo ab Agrippa factum fuisse narrat. Hodie appella-
tur templum D. Marci rotundum.

PANTHER, pantheris, *πανθηρ*. Animal est ferum, cuius macæ dicitur pardus.
Latini formato feminino ab accusativo singulari, vocant pantheram:
sicut ab accusativo nominis crater, facimus nomen primæ declinatio-
nis cratera, crateræ. Vide dictionem subsequenter.

PANTHERA, *πανθηρ*, *πανθηρ*, penult. prod. Animal proterus ferum & macu-
losum, quod à pardalis dicitur: mas eius appellatur pardus. Dictio est
composita à *παν*, quod significat totum, & *θηρ* fera Abundat in Hyrcania
& Media. Horat. in Epist. Dilectum consors genus panthera camelo.

PANTHERINUS, adiectiuum. Quod ad pantheram pertinet: vt, Pantherina
pellis, apud Plin. lib. 11. cap. 11. Pantherina mensæ, quæ intorto discul-
lo maculata sunt. Plin. lib. 11. cap. 11. Mensæ præcipua des in vena cris-
pis, vel in vertice variis: illud obliquo euenit disculsi. Ideo tigrinæ
appellatur: hoc, in iocundo, & ideo tales pantherinæ vocantur.

PANTHERON, penult. prod. *πανθηρ*, sive Pantherum, pantheri, *πανθηρ*,
est, eo nomen habens quod aues omnes includat, eadem significat.
ne quæ pangron, quod rete piscatorium est, *πανθηρ* venatum significat, &
aucupium: vnde pantheon dictum & *πανθηρ* aucupes. Est autem hu-
iusmodi rete, quod nocte *πανθηρ* appellant, quod quum humi ex-
positum esset, & in oblongam tenuitatem cōtractum, tegitur quisq; li-
lis, ne ab auius providere possit. Deinde quum opus est, adducto ma-
gna vi fune, repente expanditur, inescantibus aliquot diebus auctis
vno ictu vniuersas contegit. Hoc reti Galli ad passeris & sturnos vrunt-
tur, & ad græcos, & otidas, quæ *πανθηρ* vocant, quasi tardos anseres. Vlp.
de Act. emp. & vend. l. Empitrem. Veluri quum futurum iactum retis
à piscatore emittas, aut indaginem plagis possis à venatore, vel pan-
thera ab aucupe. Nam etiam nihil capit, nihil minus emporis
est pluralis, à nominatione pantheron: accipiturque per metonymiam
pro capris ipsa, seu præda, quæ aucupes panthero cepit.

PANTHOS, *πανθος*, & per contractionem Panthus, *πανθος*, s. Nomen pro-
prium filij Otrei fratris Hecubæ. Vocatum facit Panthos, abietto *ο* si-
nali, more Græcorum. Virg. 2. Aeneid. Quo res summa loco Panthos
quam prendimus arcem? Inde fit Patronymicum Panthoides, penult.
corrupte, quo vsus est Ovidius lib. 11. p. Pythagora, qui tempore belli
Troiani se Euphorbum Panthoi filium fuisse gloriabatur.

PANTICAPES, *παντικαπες*. Fluvius est Seythix quibus abistro (vt scri-
bit Herodotus lib. 4.) Nomadas à Georgis differmans.

PANTICA, *παντικα*. Vitis maxima ad Bosphorum Cim-
merum, cæterarum necropolis, condita ab Acete filio, cui Agæus Sey-
tharum Rex hunc locum donauit. Nomen autem accepti à Panti-
cape vicino amne. Meminit huius oppidi Plinius lib. 4. cap. 12.

PANTICES, *παντικες* (inquit Festus) à pandendo, quod ventrem pand-
ant. Sunt qui pantices interpretentur nimiam ventris pinguedi-
nem, quam Galli appellant *La pance*. Plaut. in Pseud. Eò vos vestros
pantices addo mædificati, quum ego siem hic fecus.

PANTOLABUS, *παντολαβός*. Notissimi scitur nomen apud Horatium in
Satyris.

PANTOMATRYM, *παντοματρυμ*. Stephano, Oppidum est Crææ in-
sulæ maritimæ, auctore Plinio lib. 4. cap. 12.

Pantomimus, penult. prod. *παντομιμος*. Personarum omnium imitator, qui
in scenis personas per singulorum actuum simulationes ostendebat,
παντομιμος. Plin. lib. 7. cap. 3, Mythicum pantomimum, hoc est
fabularem, quendam vocavit. Pantomimorum duo sunt genera, Scenici,
& Mythici. Ponitur quandoque pro ipso potestate. Plin. in Paneg.
Idem ergo populus ille scenici imperatoribus spectator & applausor,
nunc in pantomimis quoq; aduersator, & damnat effrenatas artes.

Panurgia, *πανουργία*. Ital. *Assucia*. Hisp. *Assucia*. Asturia, fraus. Plautus.
Istæc panurgia rete in piscinum dabit.

Panurgus, *πανουργος*. Omnium rerum experientiam habens, *πανουργος*.
Ponitur Atticis scriptoribus pro callido, altuto, vasio, vel li-
pelli, versuto, veteratore.

Panus, *πανος*, & aliquando apud Celsum Panis, nis, Trame inuoluerum,
teste Nonio, quo panni texuntur: quo panula, & panacula, aut Festus,
per diminutionem. Lucil. lib. 9. Foris subtegminis panus. Ab huius
similitudine etiam inuatus tumor sub faucibus auribus, & inguinibus,
panus appellatur. *πανος*. Plin. lib. 20. cap. 1. Et laterum parotidas &
panos sanat. Panos Galenus in plures species diuisit. Panus (inquit
Hermolaus) sive vt quandoque scriptum est in Celfo, panis, à figure
similitudine dictus est, tumore non alto, sed lato, in quo quiddam pustula
simile est, sitque in vertice, alis, iniquine, cum dolore ac distentione
vehementi. Huius diminutium est Panellus, *πανέλλος*.

Particula, diminutiuum à panus, *πανος*, significat comam illam in mi-
lio panico, arundine, & in omnibus fere arboribus: pice generis, in qua
semen dependet, quam Plinius lib. 16. cap. 10, vocat panos & paniculas,
& aliquando nucamenta callo squamatis compacti, quæ *πανος* &
Græci appellant. Quicquid igitur sublonga, vel subrotunda forma tu-
mer, particula ferè dici potest. Plin. lib. 11. cap. 4, Græcula tota conuol-
utas habet foliorum paniculas.

Papa, *πάππας*. Admirantis interiectio. Donatus, Papa interiectio
est mira subridi accipientis: habet enim in se affectum verbi miror: vt
Papa, quid video? Terent. in Eunuc. Papa, hæc superat ipsam Thaidem.

PAPAEVS, Nomen, Herod. teste lib. 4, quo apud Scythas Iupiter vocatur.

Papaueris, Genus herbarum somniferarum. *μυκαρ*. Ital. *Papauer*. Hisp. *La dor-
midura*. Vnde à Virgilio 4. Aeneidos. Soporiferum papauer appellatur.
Dicitur papaueris sunt species præcipuum tamen est album satiuum,
quod semen habet: quod tostum, in sicca melle cum melle apud an-
tiquos edebatur. Hoc præcipuum candorem lina & lana contrahunt.
Plin. lib. 18. cap. 25. Dioscorides lib. 4. cap. 67.

Papauerata toga. A colore candido dicta est. *μυκαρ*. Hæc *παπαιο*. Eadem
pissa toga dicebatur. Plin. lib. 8. cap. 48, Crebra papauerata antiquo-
rem habent originem.

PAPHAGETES, Rex Ambracis. Is quum obuiam factus esset leonæ catu-
lis suis stiparæ, ab eadem occisus est.

PAPHLAGONIA, *παφλαγονία*. Regio minoris Asiæ, ad Septentrionale
latus versâ, supra Galatiam, cuius cum Ptolemaus pariem facit: ita di-
cta, teste Stephano, à Paphlagone Phineo filio. Eius incolæ dicti sunt
Paphlagones: ex quibus fuerunt & Hæneti, qui per seditionem patriæ
puli, & rege Pylemene ad Troiam amissi, Antenorem in Italiam se-
quuti sunt. & pro Hænetis luxæ vnus immutatus: Veneri sunt appella-
ti, teste Livio lib. 1. ab Vrbe condita. Paphlagonia (vt Solinus scribit)
à Cythere monte confurgit, post recta in spatium trium & sexaginta mil-
lium. In ea Mithridates Eupatoriam condidit, quæ dubia à Pompeio
Pompeiopoli nominata fuit.

PAPHLAGON, *παφλαγον*. Filius Pygmalionis filij Cilicis ex Eburnæ matre.
Quum enim in Paphlagonia in Cyprum insulam peruenerit, compen-
dit mulieres eam libidini obsequentes, ex libere vitam ducere
statuit. Porro quum ingenio valeret, efficit, sculpsit insignis, dicitur
sibi candidissimo ebore muliebri sculpsisse simulachrum, omnis ve-
nustatis formæ, numeris (quod fieri potuit) absolutum. In quo quum
homini ingeniosus artem suam miraretur, in eius amorem incidit, orauit
Venerem, quæ summa cum veneratione id temporis in Cypro ce-
lebrabatur, vt vxorem sibi concederet: statum suæ eburnæ simulachri.
Quibus precibus à Venere exauditis, Pygmalion domum rediens sta-
tuam suam animatam inuenit, seruatisq; videri in lineamentis, eodemq;
candore, in formosissimam virginem transformata. Cuius postea
conubitu vsus, ex ea Paphum nomen suscepit, qui & patri in regno suc-
cessit, condiditq; urbem in Cypro, quam de suo nomine Paphum appella-
uit: constructa etiam in eo templo & ara in honorem Veneris, cui diu
solorum sacrificatum est. Virg. lib. 10. Est Amathus, est celsa mihi
Paphos atq; Cythera, &c. Inde Paphis, *παφίς*, vnde & Paphia Venus
dicta est, quæ ad apud Paphum colebatur.

PAPHIA, *παφία*. Ciuitas Insulebrum, Tietum, *παφία*, Ptolemao appellata, olim
Cistregonum & Longobardum regum sedes. Vulgo *Papia*.

Papilio, *παπilio*, *παπilio*. Ital. *Farfalla*. Hisp. *Mariposa*. Inter vermicu-
los, alatos numeratur, quo nullum animal inbecillius est. Colum. lib. 9.
ca. 14. de apibus. Vermiculi quoq; qui tunc vocantur, item papiliones
enecandi sunt. Nam (vt idem testatur) ex papilionum stercore nascuntur
tinea. Item Papilio, *παπilio*, dicitur tentorium. *παπilio*. Ital. *Padi-
glium*. Hisp. *Patullum*. Plin. lib. 5. cap. 3. Numidæ vero Nomades à per-
mutandis papilionibus, in palia sua, hoc est domus, plaustris circunfer-
rentes. Castigatoria exemplaria habent, A permutandis pabulis.

Papilla, *παπίλλα*. Parua papula, ad est tuberculum. *παπίλλα*. Ital. *Mamel-
la*. Hisp. *El p. p. de la teta* & *pequeña*. J. Serenas, Exercentur turpes animum
si forte papillæ. Sed hoc rariu: scilicet enim significat mamæ capi-
tulum, vnde læc fugitur, quauis etiam pro ipsa mamma ponatur. Virg.
lib. 11. Hailla sub exercam donec perlata papillam. Hæst. Dicitur tam
de vicis quàm de mulieribus, & alis animalibus. Dicitur papillæ, quæ
parue papule, quod papularum sint similes. Papillæ etiam in fontibus
clauiculæ illæ dicuntur, quæ aquas fundunt: quibus exeris aqua
effluit, fistulis vero immittis, aquæ cutis præhibetur. Varro lib. 3. de
Re rust. cap. 14. Quæ si adduxeris fistulam, & in eam papillas impos-
ueris remues, quæ erudent aquam, &c.

Papillatus, *παπίλλωτος*. seu in papilla specie factus. *παπίλλωτος*. Expa-
pillatus, aduq; papillam nudatus. *παπίλλωτος*. Plaut. Milice, Idem
& cum nexu in humero laxo expapillato brachio. Vide suo loco.

P A T I N A *πατρινά*, Jurisconsultus, Severo principi gratissimus, Severi discipulus, cui in aduocatione filii successit. Is est cui filios suos Severi moriens commendavit: deinde ab Antonino Caracalla fecit percussus. Causa necis traditur, quod Caracalla, interfecto fratre Geta, ei mandaverit ut & in Senatu, & apud populum facinus dilueret: illum autem respondisse, non tam facile patricium excusari posse quam fieri. Spartianus.

P A P T I V E *παπτινέ*, Neapolitanus inter heroicis poetis relatus, haud ignobili genere ortus est. Quidam scribunt maiores eius ortum esse Epuro, diuque versatos Sellis non sine admiratione ingenii & probitatis. Patrem Patimium habuit, qui ob insignem eruditionem, egregiamque virtutem Neapoli civitate donatus est, in qua Statius Papius poeta natalem suam habuit. Composuit multa & varia poemata, Thebaidem libris duodecim, quos consecrauit Caesari Dominiano. Preterea opus Sylvarum. Postremo Achilleida aggressus, morte praeventus, tantum reliquit inchoatum. Ex Crinito.

P A P T I V M *παπτιν*, Vrbs est Paphlagoniae: à qua fit gentile Papius.

Pappa, *πάππα*, per duplex pp, Prima infantulorum vox qua patrem compellunt.

Pappare, *παππάω*, Est minoris & blandiusculis verbis patrem appellare. Iuven. Saty. 3. Et similis regum pueris pappare minurum. Poësis, & iras mammae, lallare reculas. Aliquando est cibum sumere. Plaut. in Epid. Nonno liberto opus est quod pappet. Dabitur, praebebo cibum.

Pappas, *πάππας*, Accipitur pro patre, huc pro eo qui puerum alit. Iuven. Saty. 6. Timidis praeiugiter pocula pappas. Est autem nomen venerationis à Syraculis tractum: quo etiam nomine Scytharum nonnulli Iouem appellant, teste Herodoto.

Pappus, *πάππος*, Ital. *zio*. His. *El abuelo*. Avus. Aufonius ad nepotem suum, -pappos, auisq; tremantes. Anteferunt patribus feri noua cura nepotes.

Pappi, Dicitur carduorum flores, & lanuginosa quaedam substantia in aërem se effundens, ut veluti flocci quidam volare videantur. Lucrer. lib. 3. Vestem, nec plumas auium, papposque volantes. Plinius lib. 17. cap. 16. Pappum vocari ait lanuginem helixines herbar. Et lib. 2. ca. 13, dicit esse herbam, quae alius senecio dicitur, quod in pappos abeat, & lanuginem carduorum floribus similiter habeat.

Pappous, *παππός*, Id est auis.

P A P P U S, *παππός*, Philosophus Alexandrinus, scripsit de situ orbis, de fluminibus Africae, & commentarios in Ptolemaem.

P A P R I M I T E S, *παπριμίτες*, Aegyptii oppidum. Cuius Paprimites, *παπριμίτες*, Stephanus.

Papula, *παπύλα*, tuberculum quod ieiunae saluæ desiccatione curatur, *παπύλα*, Ital. *librocca*. Hisp. *Lebanillo*. Papulis cutis exasperatur, & rubet. Iuven. Saty. 3. Georg. Ardentes papulae, atq; immundus olens sudor. Membra sequebatur. Duo aut sunt genera papularum, quae vide apud Celsum lib. 5. cap. 16. Huius diminutivum est Papilla.

P A P Y R U S, A velocitate Cursor dictus, qui Dictator creatus aduersus Samnites, quum se aduersus omnes progressum esse sensisset, ad auspicia repentina Romam rediens, edixit Fabiano Rutiliano magistro equitum, quem exercitus praeparabat, ne manus cum hoste conferret. Sed quum ille opportunitate ductus pugnaasset, ac vicisset, reuersus cum ferre fecerit voluit: ille in urbem confugit ubi quum nec supplices Tribuni satis eum tueri auderent: victus tandem Dictator populi praesibus, miserisq; parentis lachrymis, supplicium ei remisit: paucisq; post diebus ducto de Samnitibus triumpho, Dictatura se abdicauit. Vide Liliu. lib. 9. Lucius Papyrius Cursor, superioris filius, de Samnitibus secundum patrem omnium pulcherrimam victoriam reportauit: ad quem Fortunae de manibus faciendum locauit. Papyrius Citalus, quum Priuernes intra moenia fugasset, ac pro rebus bene gestis triumphus ei negaretur, in monte Albano triumphauit, & pro laurea vsus est myrtea corona. Valerius lib. 4. Papyrius Carbo, eum dentibus natus, ut ferunt Plin. lib. 7. cap. 16. Papyrius praetextatus, nobilis adolescens, ex eo cognomen adfectus, quod in praetexta & adolescencia magnopere visus esse sapere. Quum enim à patre duceretur in Curiam, in caue forae arcana quaedam tractarentur, domum reuersus, interrogatus à matre quidnam in Senatu esset actum, ut dixit (inquit) vni nubere possint. Quare inter matronas parasitans, mane gregatim ad Curiam concurrunt, multa equius esse clamantes, duobus vnam nubere. Cuius clamoris causa tandem intellecta, Senatus Papyri ea in arate tacere nitentem admiratus, soli in posterum ex aequalibus adiutorem concessit in Senatu. Papyrius item alius fuit, qui quum Publium quendam adulescentem nobilem re alieno sibi deuinctum, & in seruitutem adiudicatum haberet, sedq; eius amore caperetur, generosum animum ad turpe obsequium nulla ratione posset infectere ei q; de causis adulescentium multis, & plagis, & conuulsiis afficere, re in Senatu cognita, in carcerem comectus est: cuiusque est nequis in corpora libera ob res alienum quippiam in posterum iuris haberet. Simile quiddam refert Valerius lib. 6. cap. 1. de T. Veturio, & Celio Plorio.

Papyrus, *παπύρος*, Arbuscula est, praecipue in Aegypto palustribus nascentis, habens radicem obliquam, triangulari lateribus, decem non amplius cubitorum longitudine, in gracilitatem fastigiata, thyrsi modo caetum includens. Ex hoc frutice praeparabatur charta ac diuinae in praetextas & latissimas phylluras, quae eo meliores erant quo medius papyro propinquiores, quae ab huius fruticis appellatione etiam papyri nomen acceperunt. Diuersa huiusmodi chartarum genera vide apud Plin. lib. 13. cap. 11. ubi primum chartarum vsum Alexandri Magni temporibus in Aegypto putat fuisse inuentum: quauis alij etiam Numae regis temporibus chartarum vsum fuisse contendunt. Ab huius quoq; fruticis nomine etiam hodie chartas nostras quae ex contritiis lineis sunt, papyri appellamus, eo quod eundem nobis praestet vsum quod olim Aegyptii praestabat papyrus. Quidam etiam Papyrum in neutro gen. Plin. lib. 13. Papyrum ergo nascitur in paludibus Aegypti. A Papyro cognomen Papyri, *παπυρί*, deductum est, à quo Papyriana tribus. Papyraceus, papyracea, papyraceum, *παπυρί*, quod est materiatum ex papyro Plin. lib. 18. cap. 11. Optime glychnio papyraceo.

Papyrifer, *παπυρίfer*, papyriferum, *παπυρίferος*, ut Annis papyrifer Nilus. Quidius 15. Metamorph. Papyriferi septemtrina flumina Nilus. Videlicet equales rates.

Par, *παρ*, *παρ*, Ital. *par*, simile, aequale. Hisp. *es*, *igual*, *à*, *infra*. Cum suis compositis, Compar. Dignus. Impar. Separ. sunt generis omnium, faciliatq; ablatiuum in e, vel in i. Et licet par apud poetas producat, in obliquis tamen prima corripitur, & tam datiuo quam genitiuo iungi potest. Quid. lib. 3. Metam. Sunt quoq; pars alius atas, in ouilibus agnæ. Lucanus, Quam metuis par huius erit. Significat autem Par, quando adiectiuum est, idem quod parilis, aequalis, æquus. Cic. 3. de Orat. Iamhus par chorei, sed spatio par, non syllabis. Idem de Clar. Orat. Si par in nobis, atq; in illo scientia fuisse. Idem in Latio. In amicitia superior par est inferiori. Interdum Pares pro duobus accipiuntur: ut Paribus equis viebantur Romani in pugio, ut sudante alero, transilirent in sicum. Interdum accipitur pro decenti, æquo, conuenienti, quod inter omnes æquabile est, sing. Quintil. lib. 5. cap. 11. Si propter matremonia violata vrbes euerit: quid fieri adultero par est? Parem erit, significat sufficere alicui rei, siue resistendo, siue exequendo. *ἐξῆκεν*. Cic. ad Attic. lib. 12. Sed adhuc pares non sumus. Quint. Declam. 1. 5. Aspicio par laboribus corpus. Paria facere, est quod omisum est, vel quod aliunde acceptum est, alibi vel aliunde compensare. *πῶς ἴσως ἀντιείδω, μισθὸν τῷ ἴσως*. Quint. Declam. 6. Paria faciemus, tu illic eris vicarius meus, ego hic tuus. Plin. in Panegy. Pares tibi imperium dedit, tu illi reddidisti: solus ergo adhuc es qui pro munere tanto paria accipiendo fecisti. Par pari referre, est tale aliquid reddere quale accepimus. Terent. in Eunuch. Si laudabit hanc illius formam, tu huius contra: deniq; Par pari refero, quod eam mordet. A par, Patauus in Curcul. formauit suo more superlatiuum parissimus. Eodem (inquit) hercle vxo pono & paro, parissimi estis viribus. Par impar, genus iudi *ἀπὸ τοῦ ἀντι*. Sueton. de August. Scripsit ad filiam, Miti tibi denarios ducentos quinquaginta, quot singulis conuiuii dederam, si vellent inter se post cenam vel talis, vel par impar ludere. *ἀπὸ τοῦ ἀντι*. Horat. 2. Sermon. Saty. 3. Ludere par impar, aquirare in arundine longa.

Par, *παρ*, substantiuum, Numerus duorum inter se aequalis *δύο, ἑξήκοντα*. Ital. *Corpus*. Hisp. *Un par de dos cosas*. Cic. de Amic. Ex omnibus seculis vix tria numerantur, aut quatuor amicorum paria. Idem de Opt. gen. dicit. Gladiatorem par nobilissimum. Idem Verr. 3. Scythorum paria complura.

Parabasis, *παράβασις*, In Comædiis dicebatur quum chorus ad populum conuersus, aliquid extra argumentum fabulae loquebatur. Latine praeparationem, siue transgressionem interpretari possumus, *ἀπὸ τοῦ παραβάσις*, quod est transgredi siue praucari. Vnde & Parabata, quos Latine praeparatores nominamus.

Parabia, *παράβια*, Genus potionis ex milio & conyza. Cat. Ant. lect. lib. 4. cap. 26.

Paraboli, vide *PARA*.

Parabola, *παράβολα*, Ital. *Comparatione, similitudine*, Hisp. *Comparacion, semejança*. Similitudo, *ἀπὸ τοῦ παραβάσις*, quod significat comparare: quasi eorum dissimilium comparatione. Vnde Quintilianus, Parabole (quam Cicero Collationem vocat) longius res quae comparantur reperere solent: ut, Tam fortiter apud Hippocnem fecit Scipio, quam vique apud Vticam Cato.

Parabolani, ut interpretatur Aleiatus, Latine dici possunt glebe ascripti, quibus scilicet in omni vita ab agricultura recedere non licebat: à Graeca praepositione *παρὰ*, & *βάλλω*, quasi iuxta glebam. Per translationem etiam Parabolani dicuntur cuius conditionis homines, famulatio xenodochiorum, vel ecclesiarum ita deputati, ut in eorum ipsi non sit inde recedere. Horum meminit Iustinianus, C. de Episc. & cler. 1. Parabolani. Vide plura de hoc apud Calium lib. 2. cap. 11.

Paracentesis, *παράκέντησις*, Dicitur durior vulnerum curatio, quum scilicet vulnus inungitur, hamulq; vel acus infigitur: ita dicta à pungendo, quod hoc curationis genus plurimum affert doloris.

Paracletus, *παράκλητος*, Ital. *Diffensor, adiutor*, Hisp. *Defensor, abogado*. à verbo Graeco *παράκλησις*, quod logo, & hortor significat: idem pro alio precator intercedens, ut adiutor, & patronus. Ap. recentiores vtrè Graecos et à pro consolatore inuenitur. Hinc Paracletus, id est adiutor, consolator, patronus, fautor, adhortator, deprecator. Itaq; pollicetur Dominus discipulis suis missum scilicet paracletum Spiritum qui eos omnia sit educturus, siue illum adhortatorem, siue deprecatorem, hoc est adiutorem, siue consolatorem velimus intelligere.

Paraclytus, *παράκλητος*, Ital. *Infame*, Hisp. *es*, *infame*. per y, Infame, aut male audientem significat. Nam *παρὰ* in huiusmodi compositione, praeter, vel diminutionem denotat: *παρὰ* vero inelytum, celebrem, gloriosum.

Paracope, *παράκοπη*, penult. corrept. *παράκοπη*, idem quod delirium, vel mentis alienatio *ἀπὸ τοῦ παραβάσις*, quod est delirare.

Paradiastole, *παράδιαστολή*, Figura est quam Latini Discriminationem appellant, quum duae pluresve res quae prima facie videntur eadem, separantur, adductis in medium iis quibus à se mutuo distant. Vid. Rustiliu Lupum, & Rustinianum.

Paradigma, *παράδειγμα*, Ital. *Essempio*, Hisp. *Exemplo*. Exemplum facti vel dicti alicuius: quale est illud apud Virg. 1. Aen. Antenor posuit mediis elapsus Acliuiis. Illyceus peneperat sinus. Et autem tribus modis pari, à maiori ad minus, à minori ad maius. Quidam etiam autem Paradigma, à verbo Graeco *παράδειξις*, quod est ostendo, & manifestum facio. Exempla enim à notioribus sumpta, & suo loco adhibita, plurimum rei alicui lucis addunt & perspicuitatis. Vide de hac figura plura apud Rustiliu Lupum, & Rustinianum.

Paradisca, *παράδεισος*, *μῆλα*, Dicitur à *παρὰ*, quod ferè in omnibus pomariis inferantur, odore, saporeq; insignia.

Paradisus, *πάραισος*, à Pomariu, id est hortus confusus, generis tam masculini quam feminini. Est & locus fœrum sepius, siue viuarium, aut vitidarium. Vox deserta est, ut quidam volunt, à Chaldæo Pardes, quod hortum domesticum significat, siue pomarium. Est & nomen oppidi, in Syria Caële ad Libani orientalem latus situm, ut est videre apud Plin. lib. 5. ca. 23. Est item Paradisus Ciliaris fluminis, apud eundem

verficat inferuntur, idq; comitati vsque ad penis initium, in vnum eundemq; canalē confluunt, ab vna duclū diuersum, cui tamen tum demum quum ad medium ferē colis perueniunt, inferuntur. ¶ Sunt & in prelio (vt idem inquit) dicti parastatē, nomen officij, quoniam adiuncti sunt prostaticis, hoc est iis qui preliato cornibus sicut epistate, qui tertium in regendis his locum tenent. ¶ Sed & tabulæ quedam cum certis instrumentis, à Virruuio parastatē vocantur. Hæc Hermolaus, qui sic legit apud Plinium lib. 3. cap. 3, Sed & illius auzæ cameræ, & argenteæ trabes narrat, & columnæ, & parastatē. Idem apud Virruuium lib. 5, In columna, aut parastata ora describuntur. Budeus tamen in istis Virruuij & Plinij locis dicit malè fuisse emendatum, legendumq; apud Plinium, Columnæ parastatice: & apud Virruuium, Columna parastatica, utriq; sicut coniunctione.

Parastillos, παρὰ στύλους, quod euelli significat, dicitur euulsi pilorum cernibus, pudentis, quæ erat penna tenuiorum deprehensorum in adulterio. Nam diuites pecunia se redimebant, inopii expellabatur fides.

Paratragœdion, παρὰ τραγῳδίᾳ, Id est exaggero, ac verborum magnitudine aliqui augeo. Plaut. in Pseud. Illic homo est vt vide vt paratragœdion carnis.

Paratrimonia, παρὰ τριμυρίᾳ, Latine inertiigo, quum femina mutuo attritu excoantur. Vide INTERIGO.

Parazonium, παρὰ ζώνῃ, Genus gladij quod à zonam accingi solbatur: de quo extat epigramma Martiali lib. 1. 4. Militis decus hoc & grati nomen honoris. Arma, Tribunitium cingere digna lacus.

AGRVS. Latine appellari dicitur, eo quod in eo agatur aliquid: alij agrū ex Græco nominari manifestius credunt, vnde & villa Græce choragros dicitur. villa autem à vallo, id est aggerē terræ nuncupata, quod pro li- mite consuevit soler. Et possessiones quæ dicuntur, item fundi, prædia, rura, agri sunt: sed hoc differunt, quod possessiones sunt agri late-
rentes, publici priuatiq; quos initio non mancipatione, sed quisq; vt potuit, occupauit, atq; possedit: vnde & nuncupati. Fundus autem di- citur, quod in eo fundatur vel tabilitur testimonium. & tam verbanum additum, quàm rusticū fundus intelligendum est. Prædium appella-
tum, quod ex omnibus patris familias maxime prouideretur, id est appa-
re, quasi prædium: vel quod antiqui agros, quos bello cepērunt, vt

prædæ nomine habebant. Rura vero incultos agros, id est sylvas, & pascua, veteres dicebant. Agros nomina multa sunt, compascuus, alluuius, arcifinius, noualis, squalidus, vliginosus, subsecivus, quorum nomina rationem exponemus. Compascuus ager dictus, quia diuisi-
foribus agros relictus est ad pascendum communiter vicinis. Alluuius ager est, quem paulatim fluius in agrum reddidit. Arcifinius ager dictus est, quia ceteris linearum mensuris non continetur, sed ar-
centur fines eius obiectu fluminum, montium, arborum: vnde & in his agris nihil subsecivorum interuenit. Noualis ager est, primum profectus, sive qui alternis annis vacat, notandū sibi vitium causa. noualia enim semel cum fructu erunt, & semel vacua. Squalidus ager, quasi excolidus, quod iam à cultura exierit, sicut exconsol. quod à con-
sulatu discesserit. Vliginosus ager est semper humidus, nam humidus dicitur, qui aliquando siccatur, vligo enim humor terree est naturalis, ab ea nunquam recedit. Subsecivus sunt proprie, quæ quæstor de ma-
teria præcedens, quasi superuacua abiicit. inde & subsecivus agri, quos in pericula diuisos reculant, quasi steriles, aut palustres. Ex libello
vartorum auctorum de limitibus.

AGRORVM qualitates Iulius Frontinus his verbis persequitur est. Agros qualitates sunt tres: vna agri diuisi & assignati, altera, men-
sura per extremitates comprehensi: tertia arcifini, qui nulla mensura continetur. Ager diuisus assignatus, est coloniarum. hic habet condi-
tiones duas, vnam, quia plerumq; limitibus continetur, alteram, quia per
proximos possessorum liberos assignatus est, sicut in Campania Suc-
se, Aruncæ. quicquid autem secundum hanc conditionem in longitu-
dinem est delimitatum, per strigas appellatur; quicquid per altitudinem,
per scama. ager ergo limitatus, hæc similitudine decernitur & cardi-
nibus continetur. ager per strigas & per scama diuisus & assignatus,
est more antiquo in hac similitudine, quæ in provinciis æua publica
coluntur. Ager est mensura comprehensus, cuius modus vniuersus ci-
uitati est assignatus, sicut in Lusitania Salmaritensibus, aut in Hispania
Citeriore Palatinis, & compluribus provinciis. tributarius solus per
vniuersitatem populis est definitus. eadem ratione & priuatoꝝ agro-
rum mensura agitur. hunc agrum multis locis mensores, quamuis
extremum mensura comprehenderint, in formam, in modum limitum
condiderunt. Ager est arcifinius, qui nulla mensura continetur: finit-
us secundum antiquam obseruationem, fluminibus, fossis, montibus,
viis, arboribus antemissis, aquarum diuortijs, & si qua loca. hoc est quæ
ante à possessoribus potuerunt obtineri. nam ager arcifinius, sicut ait Va-
ro, ab arcendis hostibus est appellatus: qui postea, interuentu litium,
per ea loca, quibus finit, terminos accipere cepit. In his agris nul-
lum ius subsecivorum interuenit. Subsecivus est, quod à subsecante
linea nomen accepit. Subsecivorum genera sunt duo, vnum, quod in
extremis assignaturum finium centuria explei non potuit. Aliud
genus subsecivorum, quod in medijs assignationibus, & integris cen-
turijs interuenit. quicquid enim inter 1111. limites minus, quàm in-
terclusum est, fuerit assignatum, in hæc remanet appellatio: id eo
quod is modus, qui assignationi superest, linea claudatur, & subsecetur,
nam & reliquarum mensurarum actus, quicquid inter normalem li-
neam, & extremitatem intercessit, subsecivum appellatur. Est ager si-
milis subsecivorum conditioni extracclusus, & non assignatus; qui si
reip. populi Romani, aut ipsius coloniar, cuius sine circundatur, sive
peregrinæ vibi, aut locis sacris, aut religiosis æque ad populum Roma-
num pertinentibus datus non est, iure subsecivum, in eius, qui as-
signare potuerit, remanet potestate. Ager extracclusus est, qui intra fini-
tiam lineam, & centurias interiacet: id eoq; extracclusus, quia ultra
limitem finitima linea claudatur. Quoniam autem sepe oritur con-
trouersia de agris, sciendum est controuersiarum materias esse duas,
finem, & locum. conditiōque controuersiarum alterutra continetur,
quicquid ex agro de his interuenit. Sed quoniam in his quoque parti-
bus singulæ controuersie diuersas proprias habent condiciones, pro-
prio sunt nominandæ. sunt autem numero quindecim, de positione ter-
minorum, de rigore, de fine, de loco, de modo, de proprietate, de posses-
sione, de alluione, de iure territorij, de subsecivis, de locis publicis, de
locis relictis & extracclusis, de locis sacris & religiosis, de aqua pluvia
arceda, de itinibus. De positione terminorum controuersia est inter
duos pluresue vicinos: inter duos, an in rigore sit extreorum, sive ra-
tionis: inter plures, trifinium faciat, an quadrifinium. de horum opi-
nionem cum constitit mensori, si secundum proximi temporis possessionem
non conueniant, diuersas antiquis possessoribus faciunt contra-
uersias, sed ab integro alius fonte de loco, alius de fine litigat. De ri-
gore controuersia est finitima conditionis, quoties inter duos pla-
resve terminos ordinatos, sive quæ alia signa, secundum legem Mani-
liam intra quinque pedes agitur. De fine similis est controuersia,
nec dubium est, quin supra de finis conditione dixerim. nam & ea-
dem lege continetur, & de quinque pedum agitur latitudine: sed de
fine quicquid per flexus, quibus arcifini agri continentur, vt per extre-
ma compromontoria, aut summa montium, aut fluminum cursus, & al-
locorum natura, quam supercilium appellant. De loco controuersia
est, quicquid excedit superscriptam latitudinem, cuius modus ad pa-
tertem non proponitur. Hæc autem controuersia frequenter in ar-
cifinijs agris vartorum signorum demonstrationibus exercetur, vt
fossis,

fossis, fluminibus, arboribusque antemissis, aut culturae differunt. De modo controuersia est in agro assignato, agitur enim de antiquorum nominum propria defensione, ut si L. Titius dextra decumanorum iterum, circa cardinem quartum acceperit, fortis fuit partes tres, siue quod hinc simile, quartam habeat in quacunq; proxima centuria. hinc enim vniuersitati fines finem non facit, etiam si publico itinere seruiat. nam in ceteris agris de modo sit controuersia, quoties promissionis modus non quadrat. De proprietate controuersia est plerumq; in Campania cultorum agro syluae absunt in motibus, vix quartum aut quintum forte vicinum. propterea, proprietates ad quos fundos pertinere debeant, discutiantur. est & pascuorum proprietates pertinet ad fundos, sed in commune: propter quod ea compascua multis locis in Italia communia appellantur, quibusdam provinciis proinduiso. nam per hereditates, aut emptiones eius generis controuersia sunt, de quibus iure ordinario litigatur. De possessione controuersia est, de qua ad interdictum, hoc est, iure ordinario litigatur. De alluione sit controuersia fluminum infestatione. hinc fundi multas habent conditiones. De iure territorij controuersia est deniq; ad ipsam viam pertinet, siue quod intra pomerium eius verbi sit, quod ad priuatis operibus obtineri non oportet. cum dico locum, quem nec ideo nullo iure à publico poterit amoueri. habet autem conditiones duas, vnam vrbani soli, alteram agrestis, & agrestis, quod in tutela rei fuerat assignatum vrbani vrbani, quod operibus publicis datum fuerat, aut destinatum. huius soli ius, quamuis habita ratione diuis Augustus de statu municipiorum tractauit, in proximis vrbes peruenire dicitur, quatum ex voluntate conditionis maxima pars finium coloniarum est attributa, aliqua portio merum extremitate petiit assignationis inclusa, sicut in Piceno ferris, inter montium Praetorianorum quandam oppidi partem Asculanorum sine circundari, quod si ad hanc reuertamur, hoc conciliabulum fuisse fertur, & postea in municipij ius relatum. nam non omnia antiqua municipia habent suum privilegium: quidquid enim ad coloniarum municipij privilegium pertinet, territorij ius appellatur. Sed, si rationem appellationis huius tractemus, territorij est quidquid hostis terrendi causa constitutum est. De subseciis controuersia est, quod si aliqua pars centuriarum, siue tota non est assignata, & possideretur: aut, quidquid de extremitate petiit possessor proximus aliusque decinebit, ad subseciurum controuersiam pertinebit. De locis publicis siue populi Romani, siue coloniarum, municipiorumque controuersia est, quoties ea quae neq; assignata, neq; vendita fuerint, aliquis possederit, vt alium fluminis veterem populi Romani, quamuis aqua interpolata insula, & diuisi proximi possessores finibus reliquerint, aut syluae quas ad populum Romanum multis locis pertinere ex veteribus instrumentis cognoscimus, vt ex proximo in Sabinis in monte Mutela. nam & coloniarum aut municipiorum similis est conditio, quoties loca, quae rescripta assignata fuerant, ab aliis obtinebantur, vt subseciis cancella. De locis relictis extraculis controuersia est in agris assignatis. relictis autem loca sunt, quae siue locorum iniquitate, siue arbitrio conditoris relictis limites non acceperunt: hae sunt iuris subseciurum, extraculis loca sunt quae iuris subseciurum, quae vltra limites, & vltra finitima lineam exiit. finitima autem linea, aut mensuralis est, aut aliqua obseruatio, aut terminorum ordine seruata. multis enim locis assignationi agrorum immunitas superfuit, sicut in Lusitania finibus Augustinorum. De locis sacris & religiosis controuersia plerumq; iure ordinario finiuntur: nisi si de locorum eorum modo agitur, vt locorum publicorum in montibus, aut adiu, quibus secundum instrumentum fines restitueretur: similiter locorum religiosorum, quibus secundum cautiones modus est restituendus. habeant enim & Mafica iuris sui horrorum modos circumuicentes, aut praescriptum agri finem. De aquae pluviae transitu controuersia est in qua si collectus pluvialis aquae transierit, scilicet finem alterius flumen induit, & disconuenit, ad ius fundicium pertinebit. quod si per ordinationem finis ipsi agitur, exigit mensuris interuentum. De itineribus controuersia est: quae in antiquis agris iure ordinario finiuntur, in assignatis, mensurarum ratione. omnes enim limites secundum legem coloniarum itinere publico feruere debent. Est multi ex ingenti ratione per deui & confagiosa eunt, quod iter fieri non potest: & sunt in vltis agrorum eorum locorum, vbi proximus possessor est, cuius forte syluae limitem decinet, & transitum inuicem de negat, cum itinere limitem, aut locum limitis debeat. Est & controuersia genus, quod ad solum non pertinet, de arborum fructibus earum, quae in fine sunt, siue intra, nec vllam ad radicem habent controuersiam, quoties inclinatae in alterum fructum iactauerint, inter affines mouent dispositionem. Sunt & aliae limitum conditiones, quae ad solum non pertinent, hoc est ad artem nostram, solum autem quodcunq; coloniae est assignatum, id vniuersum petiit appellatur. quidquid enim hinc vniuersitati applicitum est, ex alterius ciuitatis sine, siue solidum, siue cellullatum fuerit, praefectura appellatur. Cultellandi ratio quae sit, sepe queritur, cuius praesentis soli spagium consumamus, & illam cliuorum inaequalitatem planam esse cogimus, dum meliore lateribus inferimus. Cultellamus ergo agrum eminentiorem, & ad planitiem redigimus. aequalitatem hanc nobis ratione ipsa seminum natura monstrauit. omnis enim illa soli inaequalitas colligi potest: nisi quod de terra quidquid nascitur, in aerem rectum exit, & illam terrae obliquitatem crescendo atterit, nec maius spatium occupat, quam si ex plano nascitur. Ex Frontino de limitibus agrorum.

AGNA vocabitur actus, mensurae genus agrestis, à rusticis provinciae Bracciae. Ex libello variorum auctorum de limitibus.

ALIVIONUM, quae coniunguntur in praedictis, quae ripis quorundam fluminum terminantur, ea natura est, vt semper incerta possessio, incertum sit eius dominium, quod possessori per alluionem adcreuerit. nam quod hodie possidemus, nonnumquam altero die vicini fundi dominio in alteram fluminis ripam translatum adquisitum. nec tamen, apud quem decreuerit, remanet, sed plerumq; redit ad priorem dominum cum augmento: sepe nec ad posteritorem manet, nec redit ad priorem, sed in arena fluminis inundatione soluitur: ideoque suggestione culminis eius admittitur, vt iudicio agrimensores finiatur. non de Aegyptiis

solis, nec de limi tantum alluionibus loquimur, sed, quod salubre est, orbi terrarum, atque omnibus provinciis, promulgamus, vt ea quae per alluionem possessoribus acquiruntur, neque ab arario vendi, neque à quolibet peti, nec separatum censei, vel functiones exigi, perpetua lege valitura sancimus: nec alluionum ignorantia vitia, vel rem noxiam possessoribus indidere videamur. Similiter nec quidem quae paludibus antea, vel pascuis videbantur adscripta, si sumptibus ac laboribus possessorum nunc ad frugum fertilitatem transita sunt, vel vendi, vel peti, vel quasi fertilia separatim censei, vel functiones exigi cedimus: ne hi dolente diligenter operam suam agri dedisse culturae, ne diligentiam suam sibi damnosam intelligant. Hae ex Frontino de limitibus agrorum: quae ille recitat ex epistola Theodosij & Valentiani imperatorum. Agnus autem & ipse in libello de limitibus agrorum sic inquit. De alluione obsequio est, si hae in occupatoribus agitur: quidquid vis aquae abfluerit, repetitionem nemo habet. quae res necessitatem ripae muniendae iniungit, ita tamen, vt sine alterius damno quidquam fiat. Si vero in diuisa & assignata regione tractabitur, nihil amittit possessor: quoniam formis per centurias certis cuique modis ascriptus est: circa Padum autem cum ageretur, quod flumen torrens, & aliquando tam violentum decurrit, vt alutem muret, & multorum late agros trans ripam, vt ita dicam, transferat: saepe etiam insulas efficit. At Cassius Longinus, vt prudens sumus, iuris auctor, hoc statuit, vt, quidquid aqua lambendo abfluerit, id possessor amittat: quoniam scilicet ripam suam sine alterius damno tueri debet. Si vero maior vi decurrens aliquid mutasset, suum quisque modum agnosceret: quia non possessoris negligentia, sed tempestatis violentia abreptum apparet. Si vero insulam fecisset, à cuius agro fecisset id possideret, ac si ex communi, quisque suum reciperet. Scio enim quibusdam regionibus cum assignarentur agri, adscriptum aliquod per centurias flumini. hoc autem prouidit auctor diuidendorum agrorum: vt quoties tempestas fluminum concitasset, non per regionem excedens alueum vagaretur, sed sine iniuria cuiusquam deflueret. hostiam agros, id est hunc omnem modum qui flumini adscriptus est, resp. quibusdam vendidit, hae quaestiones maxime in Gallia tota mouentur, quae multis coepta fluminibus immodicas Alpium nites in mare transmittit, & subitum regionum repentinis inundationes patitur. Aliquis locis imperauerunt possessores à praefide provinciae, vt aliquam latitudinem flumini daret, nam & in Italia Pissaurum flumini latitudo est assignata earens, quousque abfluebat.

AMPLIATIO, & comperendinatio, differunt omnino inter se, nec tamen, in quo plane differant, satis constat. quae de re recitamus primum Pediani verba: deinde, quid sentiamus ipsi, exponemus. Pedianus igitur sic. Ante legem Glaucae de comperendinatione, aut statim sententia dicebatur, si absolueretur esse reus: aut, Amplius, pronuntiabatur, si videretur esse damnandus, cum diluxissent iudices. Non liquet, hoc est, obscura causa est. itaque ea pars, interposita dilatione, dicebat, in cuius peroratione videbatur obsecratur. comperendinatio vero vniuersae partis recitatio est. & infra subiungit hae. Alij sic: Inter comperendinationem & ampliationem hoc interest, quod comperendinatio ex vna tantum re dabatur, cum causam iudex non intelligeret: & omnino, si videbatur iudicibus bona causa, absoluebat reum; si mala, non statim condemnabant, sed hac exequatione percebant. nam, cum condemnandi nota esset C. litera, absoluerunt A, ampliandi signum N. L. dabant: quod significabat non liquere: vnde ampliatio nascebatur. quibus ex verbis primum illud intelligitur, in ampliatio aut acculatorum solum, aut defensorum iterum causam egisse: deinde, etiam hoc constat, esse, Amplius, pronuntiatum, non cum ambigeretur, absolueretur, an condemnandus esset reus, sed cum ita dilucide pateret culpa, vt condemnandus omnino videretur. in quo tamen, vt, quasi ad exequendam dilationem, speciem aliquam dubitationis praese ferret, ampliandi in tabellis dabant N. L.: utrumque iterum dicebatur, vel pro reo, vel contra reum, qui, quod proposuerat, argumentis non satis probasse videretur. Quod ad primum attinet, erit Pediano, sicuti debet, tribuo plurimum: quare tamen, vnde ne sententia, an secus. venit enim in mentem suspicari, ne, quemadmodum in comperendinatione, sic in ampliatioe ab vtraque parte iterum acta causa sit. Linius enim libro x. l. i. causam de repetundis ex ampliatioe vtriusque ait esse actam. idem ex iis verbis possum coniecere, quae sunt apud Ciceronem libro 1. in Verrem: Quid ego nunc in altera actione Cn. Dolabellae spiritus, quid huius lacrymas, & conuersationes proferam? vocat alteram actionem post ampliatioem. quod verbum spectare potius vtriusque partem, quam alteram, videtur. & Alconius ipse, non dubito, quid item sententia subiungit enim hae in suo commentario: Hic apparet, etiam in ampliatioe sic alteram dici, quemadmodum in comperendinatione. De illo altero, cum dixit, ampliatioem fuisse, non in causa dubia, sed in manifesta rei culpa, non ad causam melius cognoscendam, sed ad damnationem differendam: plane non assentior: nec tamen adeo dilucide, libenter enim existimauerim, Amplius, esse pronuntiatum, cum obscura causa esset, nec de absoluitone, aut condemnatione satis liqueret, propterea quod amplius requiri ad causam demonstrandam videretur. nam si ampliatio futura damnationis esset signum: quorsum, cum de Philodamo esset, Amplius, pronuntiatum, tametsi Dolabella & Verres comendissent, vt condemnarentur: non opera superuacanea fuisset? contenderunt autem, quia videbant posse fieri, vt absolueretur. quid? Pedianus ipse nonne contra suam sententiam loquitur? quasi eorum obitus ea, quae ante de ampliatioe dixerat, hoc in loco ait: Mos veterum hic fuerat, vt, si absolueretur quis esset, statim absolueretur; si damnandus, statim damnetur: si causa non esset idonea ad damnationem, absolui tamen non posset, Amplius pronuntietur. Sed fortasse Pedianus excusari poterit, si tempora distinguat, hoc modo: vt ante legem Glaucae ampliatio fuerit dilatae, condemnationis indicium, post legem vero Glaucae, obsecrationis, nec satis exploratae sententiae. vtriusque sane duo Ciceronis loca si quis attendere, videntur ostendere: primum, in iudicio Philodami, de quo proxime dictum est. ibi enim, dubium fuisse post damnationem euentum iudicij, plane

luns Polcher reuivisset, etque iterum classem amitteret, quod minorturba Romae foret. Publica vero capitalia crimina, haec erant, incestus, maiestas, repetundae, vis publica duplex, ea, quae in tempore magistratus inferebatur, de qua lex Lutatia fuit, & ea, quae in privatos ciues, de qua Pluria, & aliae leges: tum, peculatus, de residuis, interfectio, parricidium, veneficium, ambitus, pecunia ob iudicandum capta, adulterium, de falsis, de plagiaris, de tutorum fraude, de famosis libellis, de furto, clandestina coitio, quibus de criminibus aut ad praetorem, aut ad iudicem quaestio, aut ad populum notio pertinebat. de maiestate, perduellione excepto, de vi, de repetundis, de criminibus interfectio, de ambitu praetor quaerebat: de incestu, & perduellione populus, sed tribus comitiis de incestu, tribuno plebis populum per tribus in forum cogentes; centuriatis autem de perduellione, cum in campum consul centuriatum populum aduocasset, de veneficio autem, & praetor, qui iudex quaestiois idem dicebatur, & iudex quaestiois, etiam si praetor non esset, cognoscebat. Praetores, quae cuiusque futura esset quaestio, ante sortiebantur: ut deinde singulis de criminibus singuli, prout fors tulisset, cum consilio quaerent. vnum excipio praetorem urb. qui nullo de crimine publico quaerebat; itaque nec quaestor dicebatur, tantum, civilibus controversiis ad eum delatus, ius dicebat, hoc est iudices, & iudicii formulam, quam sequeretur, dabat. nec enim praetor ipse iudicare solitus erat, sed, cum iudices ab ipso dati, de controversia cognovissent, ac iudicassent, exercebatur. ideo in omnibus fere edictis praetorum legitur, iudicium dabo. in quo posteriores lapsi sunt, est igitur aliud, ius dicere; aliud, iudicare: contra quam, qui veterum iurisperitorum libro ignorant, opinantur. & quemadmodum civilibus in rebus praetor non cognosceret, neque iudicet, sed ius dicit: sic, qui ab ipso iudices dati sunt, non ius dicunt, sed cognoscunt, ac iudicant. Verum & haec ipsa, & alia paulo plenius in dictione praetor, de criminibus autem, quae erant eiusmodi, ut cognitione digna viderentur, ea fere diximus. singula autem crimina tractare, ut incestum, maiestatem, repetundas, non videtur esse proprium huius loci. Ex libro de Legibus Romanis.

C A P I T U L U M de veteribus dictis est huius, qui à Meridiano ad Septentrionem dirigeret: à mundi cardine. Hoc Aggenus, & Hygenus tradiderunt.

C E N S O R. quinquaginta primum fuit censorum imperium, ea lege, quae Gegano Macrino 11. Quinctio Capitolino 7. cos. lata est: Qua simul illud sancitum, ut gentes patricia crearentur. sed tam legem sexennio post Mam. Aemilius dictator correxit, lege lata, ne plus quam annua ac semelitis censura esset. gravis enim omnis diuturna potestas in libera civitate. Censorum erat munus, civitatem censere, vestigia locare, vitia notare, notatam autem, & animadvertio in impios ciues non eiusdem erat generis, senatori senatu movebatur: eques equum publicum perdebat: plebeius i. a. Caritum tabulas referebatur, & ararius fiebat, hoc est, ferendi suffragii, & capiendi muneris publici potestas omni priuabatur, ut tantum ad xra pro suo capite, tributi nomine, pendenda ciuis esset. Carites enim, inquit Gellius, pro sacris bello Gallico receptis, custoditisque, municipes sine suffragiis facti: concessumque illis, ut civitatis Romae honorem quidem caperent, negotiis tamen atque operibus vacarent. hinc tabulae Carites appellatae, in quas censores referri iubeant, quos nota causa suffragiis priuabant. adimebant igitur censores quod cuique ordini summum erat, senatori, ne in senatu esset; equiti, ne equitis insignis, publicum equum, & anulum aureum, haberet; plebeio, ne suffragium ferret, quod enim praeterea posset adiri, nihil erat. suffragii porro amissionem sequebatur amissio simul omnium numerum publicorum, sicuti, suffragii iure concessio, scimus honorem simul ac munerum omnium partem esse datam. Erant enim civi Romano senatori, dicit aliquis, praeter ordinis amissionem, alia poena: erat. nam interdum non modo auitu curiae prohibebatur, verum etiam tribu movebatur, in arariosque referebatur. moveri autem tribu, est, in tribum ignobiliorum transferri, ut ex rustica in urbanam, vel in aliam rusticam minus honoratam. Aemilius quidem Mamercinum, quod censuræ tempus minuisset, à censoribus & senatu electum, & tribu motum, arariumque etiam, censu octuplicato, esse factum, Liv. lib. x. x. scriptum reliquit. eodemque modo ciues Romanos ordinis equestris non modo equo publico priuatos, verum etiam in ararios reatos esse, ex Valerio Maximo, alius didicimus. Censoriam autem notam, atque ignominiam, qui succedebat, censores plerumque soluebant. atque etiam, quod censor vnius staturat, id alter saepe mutabat. praeterea, notatos à censoribus primum in locum restituere vel iudices, re cognita, & iudicata, suis sententiis, vel populus ipse suffragiis & poterat, & solebat. quod si quis, è senatu electus, neque à censoribus sequentibus, neque à iudicibus, neque à populo in integrum restitutus esset: vnam habebat in senatum redeundi viam, si honores illos de novo populi suffragiis consequeretur, quos qui gesserant, iis, etiam si lecti in senatum à censoribus non essent, patere tamen curiam leges iubeant. Causa, quibus ciues Romani à censoribus notarentur, multa traduntur, ut, si quis conceptis verbis peierasset; si, cum esset in provincia, socios diripuerit, si pecuniam accepisset ob rem iudicandam putaretur; si propter acris magnitudinem pradia mancipasset; si paulo esset insolentior in sumptibus, quae de re verba sunt hae apud Gellium lib. 11. Cornelium Rufinum, bis consulatum & dictatorem functum, censor Fabricius senatu movit ob luxuriam notam, quod decem pondus argenti facti haberet. notabantur etiam qui strigilos equos haberent. quibus equus publicus adimebatur. omnium depique rerum nomine male audientes, ut furti, peculatus, captorum pecuniarum, profocio, quorum criminum turpia iudicia vocabantur, à censoribus notabantur: ut tamen idem illarum ipsarum rerum postea iudiciis absoluti, ius suum, censorum animadversione ademptum, saepe recuperaverint. neque vquam iis, in quos animadversissent censores, propterea vel magistratum capere, vel iudicem legi, vel alterum accusare non licuit. In censu poena fuit gravissima, bonorum, & libertatis amissio: eamque significat quidem Livius, cum ait lib. 1. Servius censum maturavit meum legis de incensu lata: narrat autem aperte Dionysius. *τὸ δὲ ἐστὶν, μὴ πρὸς τὴν τιμωρίαν ἔλθον, τὴν τε*

ἐκείνην ἀποδοῦναι, καὶ ἀπὸ τῆς ἀποδομῆς ἀναλίσκειν. Ex nostro libro de legibus, & ex libro de civitate Romana.

C E N S U S. egregia multa sunt, nec à multis animadvertenda, quae de censu civium Romanorum à veteribus tradita licet colligere. Censebantur ciues Romani, non ubi ad artem ferendis armis idoneam, hoc est ad annos x v i i, pervenerant; quod video quosdam existimasse, sed à quo primum die nati erant. nam si robustiores tantum censu essent; Ser. Tullio regnante, qui censum instituit, Romae fuissent hominum ducenta milia. siquidem Livius octuaginta milia, Dionysius etiam plures in primo censu commemorat. ut necesse sit, eos, qui nondum per artem gestare arma possent, (omitto senes affecta iam aetate ob infirmitatem virium domi sedentes, aut in lectulis cubantes) laud fere pauciores ducentis millibus fuisse, tantoque marium numero parum fuisse numerum formidarum, &que necessarium videretur, quod certe, ad estimationem quidem iudicii mei, vix est ut credi possit. demus, id quod verum est, verbum Romam quique regum virtute, ac sapientia rebus omnibus vehementer esse auctam, annorum vero c x x i i spatio (in illo enim regni principio Servius, sextus rex, censum instituit) incrementa fuisse tanta, ut caput ducenta milia, quam hodie multitudinem in vna aut altera Europae urbe vix, aut fortasse ne vix quidem inuenias, numerata fuit, ita simile verum non est, ut monstrum simile videatur. ipse etiam Liv. lib. 1. i. cum ait; Qu. Fabio T. Quintio cos. censu civium capita c x x i i i milia, c x x i i i, praeter orbos, orbisque; nulla artem, orbis exceptis, nullumque sexum censu exclusum, satis indicat, idemque lib. 1. x. significat, cum inquit: Censu sunt c c x x v i i i milia, b x i i i, praeter orbos, & viduas. Quae si cui dubia videntur argumenta, Dionysii Aelianasse legat historiam. nam ex eius verbis, quae sunt lib. 1, non modo cuiusque iam esse astitit, tam, quod vnum Livius, scriptor quandoque parum diligens, tradidit, verum etiam aetates omnium, uxores, liberos, locum ubi habitarent vel in urbe vel in agro, publicis in tabulis notatum, planissime ostenditur. Quod autem ad libertinos attinet; eos item vna cum ingenuis esse censos, idem Dionysius eodem in loco significat. Vtrum vero, qui extra pomerium, an soli intra pomerium habitabant, censentur, dubitare non liceat, cum ab eodem & de agro Romano fieri mentionem videamus. Et ut de rusticis Romanis censu ex Dionysio, sic de municipibus, postea quam communicari coepit civitas est, plane constet ex eo Pediani loco: Conueniat ex municipiis cuiusque modi multitudo, aut, propter comitia, suffragiorum causa, aut ludorum, aut ut censentur, nec tamen obscure idem significat illa verba pro Cluentio illud tabulas publicas Latini censos corruptis, de curiosis vniuersi iudicauerunt. certe enim de tabulis iis intelligit, in quas censores, cum civium Romanorum censum agerent, municipum nomina reterebant. Coloni ante bellum Punicum secundum non censentur, ait enim Livius lib. x. x. Duodecim coloniarum, quod nunquam antea factum erat, deferentibus censoribus, censum acceperunt: quantum numero milium, quantum pecunia valerent, in publicis tabulis monumenta crearent. Censebantur quinquaginta annos, iusto scilicet confecto, quod integrum quatuor annorum spatium fuit, tamen, ultra quadrennium interuallum, vel bello, vel domesticis discordiis, vel alio casu, saepe productum esse censum, obsecrauius. Magistratus huic muneri praefuit, primum, qui summus in urbe fuit, reges duo postremi, Servius, & Superbus, electisque; regibus, consules; deinde, cum consules bellis impedirentur, censores; qui ab re nomen acceperunt. Censu in foro fiebat: lustrum in campo Martio condebatur, exis sue, oue, tauro: quod sacrificium & sollicitudo, & suocautelia vocabant. de lustris Livius, Dionysius, omnes historici narrant. de censu inde notio, quod equites trabeatos, per medium forum idibus quinquatilibus ante censores sua manu equum traduxisse, Livius, Valerius, Suetonius, Plutarchus affirmant. quod in re significanda, verbum, transducere, veteres historici libenter usurpant: Cicero, traducere dicit, quod si equites in foro censentur: de ceteris, nihil obstat, quin idem putemus. A principio, è Servii regis iustitia, in sua quisque classe, quae in centurias dispersae erant, hoc est, ex suo quisque censu, quae rei familiaris erat estimatio, censentur; qui centum milia, eoque amplius possideret, in prima classe; qui infra centum usque ad septuaginta quinque, in secunda; iude ad quinquaginta milia, in tertia; inde ad viginti milia, in quarta; ab eo ad vnde decem milia, in quinta; infra vero, in sexta, ex quo sequitur, ut decuriones, equites, censores omnes in prima classe censentur: quandoquidem neque decurio poterat esse, qui centum milia non haberet; neque eques, qui quadringenta milia, neque senator, qui octingenta milia. Post expletas vero x x v tribus, non in centuriis, sed in sua quemque tribu centum esse crediderint. censores enim, clarissimos viros, summis honoribus functos, ipsos, inquam, censores, M. Livium Salinatorem, C. Claudium Neronem, in suis vtrunque tribus, nulla facta classium mentione, censum esse, Livius libro x x i x perspicue demonstrat his verbis: Equitum deinde census agi coepit, & ambo forte censores equum publicum habebant. cum ad tribum Polliam ventum esset, in qua M. Livius nomen erat; & praeco eundem citare ipsum censorem: Cita, inquit Nero, M. Livium; & siue ex residua & vetere similitudine, siue intempestiva iactatione securitatis iactatus, M. Livius, quia populi iudicio esset eodem natus, equum vendere iussit. Item M. Livius, cum ad tribum Narniensem, & nomen collegit ventum esset, vendere equum C. Claudium iussit. Festus tamen videtur significare, post expletas etiam x x v tribus, censos esse ciues Romanos in centuriis: ait enim sic, Niquiscentia centuria est, quae dicitur à Ser. Tullio rege constituta, in qua liceret ei suffragium ferre, qui non tulisset in sua; ne quis ciuis suffragii iure priuaretur. nam, scilicet, significat, sententiam dico, ac suffragium ferre: unde scire plebis, sed in ea centuria neque censetur quisquam, neque centuria praeficitur, neque centuriis potest esse: quia nemo certus est eius centuriarum. est autem, Niquiscentia, nisi quis sciat. Pedianus etiam, cuius nomen in albo suae centuriae scriptum fuisse, tradit; indocet, exemptos qui à censore ararij ferent. itaque hanc veterum quasi controversiam ita dirimemus, ut nominatas quidem recognoscas in censu singulas tribus, nomina tamen civium in sua cuiusque centuria scripta esse dicamus. Et quoniam

Et quoniam tria genera ciuium fuisse, constat, senatores, equites, plebem, & plebeique, equitibus senatores dignitate praestitisse, constat: ratio postulat, id quod etiam veterum exempla testantur, vt in censu primus ordinis senatorij locus, equitum secundus, plebis vero fuit postremus. primum igitur recitabantur omnium senatorum nomina. erat autem, inter ipsos senatores primum recitari, per honorificumque princeps senatus vocabatur. id in arbitrio censorum positum erat: a quibus tamen neminem, nisi de consularibus, principem senatus esse lectum, animaduertimus. eodem modo princeps equitum ordinis dicebatur is, quem censores primo loco scripsissent in suis tabulis, quae equitum nomina continebant. Ex nostris observationibus.

CENTURIA vocabulum centuriis, vt ait Siculus Flaccus, ex eo datu est, cum antiqui Romani agrum ex hoste captum victori populo per bina iugera partiti sunt, centenis hominibus ducentena iugera dederunt: & ex hoc facto centuria ille appellata est.

CILITII terminus dicti sunt à Cilitio Saturnino, centurione cohortis septimae & vicissim, qui terminationem fecit.

CIRCULVS quinq; circulus hanc nomina assignant, summum frigidissimae partis finem, septentrionale appellat: secundum ab eo, solstitialem ab hoc deinde, qui mediū solium diuinit, æquinoctialem; quod in eo sol diei & noctis horas aequat: ab hoc deinde, qui est æquinoctiali proximus, brumalem. nam & solstitialis est ordinatus. septentrionali deinde sefcontrarius austrialem appellat. circulus autem zodiacus, cuius fines sol negatur excedere, ex circulo solstitiali ab brumale per diagonum ostenditur, ita vt ex vtraq; parte meridianum circulum medium fecerit: per hunc sol ire fertur, & orbem terrarum viginti & quatuor horis circum ire. Ex Hygено de limitibus constituendis.

CIRCAVS Soli principaliter consecratus est à paganis, cui ædes medio spatio, & effigies de saltigio obelisci emicat, quod nonnulli putauerunt, sub recto consecrandum: quæ in aperto habent. Est autem circulus omne illud spatium, quod circuequitur obeliscus. hunc Romani dictum putant à circuite equorum, eo quod ibi circuitum metas equi currant: Graeci vero à Circe filia Solis, quæ patri suogenus hoc ceteraminis instituit. Ornamenta Circi, oua, metra, obeliscus, carcer. Oua honoris Castoris & Pollucis scribitur, qui, alios uo edutos credendo, de cygno & Ioue non erubescit. Metarum appellatione proprie terminum ac finem mundi designare volunt, ab eo quod aliquis emensus finis est, siue ad testimonium orientis occidentisq; solis. Obeliscum Messeres rex Aegypti primus fecisse fertur tali ex causa. Cum quodam tempore Nilus violenta inundatione Aegyptum vastasset, indignatus rex, tanquam poenas à flumine exigeret, sagittam in vadas misit. non multo post graui valitudine correptus, lumen amisit: qui post exercitum visu recepto duos obeliscos Soli consecravit, obeliscus enim sagitta dicitur, qui ideo in medio circi ponitur, quia per medium mundum sol currit. Medio autem spatio ab vtraq; metra constituitur obeliscus, saltigium summum tatemq; circi significat: cum sol ab vtraq; spatio medio horarum discrimine transcendit. summo obelisco superpositum est quiddam auratum, in modum flammæ formatum, quoniam Sol plurimum caloris atq; ignis habet. In circi, vnde emittitur equi, carceres dixerunt, à carcere, qui est in ciuitate: quod, vt ibi homines damnati, atq; inclusa hic equi coercentur, nec exeat ante quam signum emittat. Ars Circi, auriga, & currus, equites vel pedites. aurigæ autem duobus coloribus sunt, prasinus & venetus. prasinus terræ, venetus caelo & mari dedicatus est à paganis. Erichthonius autem, qui regnauit Athenis primus, quatuor equos iunxisse fertur, sicut Virgilius auctor est, dicens:

Primos Erichthonius currus & quatuor ausus
Iungere equos, rapidisq; rotis insistere victor;

Currus autem à cursu dictus, vel quia rotas habere videtur, vnde & currum, quasi currum; quadrigarum vero currus duplici temone olim erant, perperamq; qui omniū equis iniiceretur. iugo primus Ciri- stenes Syconius tantum medios iugauit, eosq; singulos ex vtraq; parte simplici vinculo applicauit. Quadrigæ, bigæ, trigæ, sciugæ, à numero equorum & iugo dicuntur. ex quibus quadrigas Soli, bigas Lunæ, trigas inferis, sciugas Ioui, defultores Luciferi & Hespero sacrauerunt. Quadrigas ideo Soli iungunt, quia per quas uot tempora annus vertitur, vt, iustitiam, autumnum, & hyemem bigas Lunæ; quoniam gemitu cursu cum Sole contendit, siue quia & nocte videtur, & die iunguntur enim vnum equum nigrum, alterum candidum. Trigæ diis inferis: quia hi per tres arates homines ad se rapiunt, id est per infantiam, iuuentutem, senectutem: sciugæ, maximus currus, Ioui: propterea quod maximum deorum suorum cum esse credunt. Septem spatia quadrigæ currunt, referentes hoc ad cursum septem stellarum, quibus mundum regi dicunt, siue ad cursum septem dierum presentium, quibus peractis vitæ terminus cõsummat. Porro equites singulares ideo currere dicunt, quia singulariter vnusquisque cursum vitæ hominis peragit, atq; transiit, alius alio tempore sequens alium, per vnam tamen viam mortalitatis vsque ad propriam metam mortis. Defultores nominat, quod olim, prout quisq; ad finem cursus venerat, desinebat, & curtebat, siue de equo in equum iterum transiliebat. Pedites autem aiunt propterea pedit currere, quia pedibus currunt mortalitati. ob hoc à superiore parte currunt ad inferiora, id est ab Oriente ab Occidentem, quia mortales oriuntur, & occidunt. Nudi currunt, quia & homini in seculo nullæ reliquæ sunt. recto spatio currunt, quia inter vitam & mortem nihil distat.

Circa causas quoq; elementorum iidem Gentiles etiam colores equorum iunxerunt, roscos Soli, id est igni, albos aeri, prasinus terræ, venetus mari affimilantes. item roscos affati currere voluerunt, quod ignei coloris sint, & cuncta tunc flauescant: albos hiemi, quod sit glaciæ, & strigibus vniuersa canescant: veri prasinus viridi colore, quia tum pampinus densatur. Item roscos currere Marti sacrauerunt, à quo Romanis exoritur, & quia vexilla Romanorum cocco decorantur, siue quod Mars gaudeat sanguine. abs zephyris, & serenis temperatibus, prasinus flori & terræ, venetus aquis vel aeri, qui cerulo sunt colore: luteos, id est croceos, igni & solis purpureos iri sacrificauerunt, quem arcum dicunt, quod is plurimos colores habeat. Idolorum de etymologiis.

CLAUDIA dicitur, tribus maxime cognominibus vsa est. Nam & Pulchri, & Nerones, & Marcelli nominantur: patricij fuerunt Pulchri & Nerones, plebeij Marcelli. nec minus multos ex plebeis, quam ex patricijs, virtute praestantes, meritisq; claros in tempore licet inuenire. Ex nostro commentario ad Q. Fratrem.

COGNOMEN necessitas primum excogitauit, cum prænomen, & nomen quandoq; non satis esse viderentur ad homines distinguendos: post vsus, & commoditas custodiuit, & propagauit. Qui vero agnomine aliud esse à cognomine tradiderunt, si mihi satis, quod sentiu, non probant. ex eorum vero numero grammatici veteres existunt; qui cognomina appellant ea, quæ tertio loco, quæ vero præterea adiciuntur, ea omnia agnomina nuncupant, vt Africanum, & Asiaticum. eiusmodi vero opinio facile locum plenissimè auctoritatis Ciceronis verbis refellitur: apud quem animaduertere possumus, ea omnia cognomina dici, quæ etiam quarto loco ponuntur. Sic enim ait pro Muræna: Quam laudem illi Africa oppressa, cognomine ipso præferbat, eandem hic sibi ex Asia cognomen assumpsit. & in somno: Eritq; cognomen id tibi per te parum, quod nunc habes à merceditariusdem Diuitum cognome vocat lib. 1. de officiis in M. Licinio Crasso, quod tamen quarto loco erat. Ex libro Caroli Sigonij de nominibus Romanorum.

COLLECTA, hoc est infimorum hominum, certas artes patitur exercitum, conuentus, iam inde à Numa rege esse instituta, in Plinij naturalis historia, & in Plutarcho scriptum est. postea, cum horum collegiorum numerus esset auctus; omnia, præter pauca atq; certa, vt fabrum, fitorumq; quæ ciuitatis utilitas desiderabat, pluribus legibus sublata sunt, neq; solum legibus, sed etiam senatus consultis, vt L. Cæcilius Q. Marcio cons. nec enim hominum humilium coitiones in ciuitate satis tute videbantur. Clodius autem, vt inopem plebem, quæ paruo negotio ad facinus impelleretur, sibi conciliaret, vt ipse qui nouitatem & vim meditaretur, collegia non solum vetera restituit, sed etiam noua innumerabilia constituit. de quo & in oratione pro Sextio, & in Pisonē Cicero meminit, præterea Dio libro xxxviii, Pedianus in commentario Cornelianæ. Hæc autē collegia non de solis peregrinis, aut de feruis, sed de peregrinis, qui postea ciues fiebant: nouis ciuibus, ex veteribus Romanis inopia laborantibus, & feruis constabant. est enim ridiculum, eos putare fuisse peregrinos, quorum patres & maiores multis ante annis artem aliquam sedetariam administrassent. peregrini quidem & erant, & dicebantur, ante quam essent censiti, cum Romæ domicilium iam per aliquod annos habuissent, profecti apud prætoris, ciuium Romanorum iura consequerentur; & vel eisdem, quas antea, artes administrabant, vel in militia proficerebantur. in qua cū nonnulli forte fidelitatem operam recipere uoluerint, equestris loci dignitate, si modo H. S. quadraginta millia possiderent, consequerentur; vel tribuni militum fiebant: ex quo postea tribuni pl. facili creabantur: unde ad alios magistratus erat accessus. Romanos autem ciues, alios magistratibus, alios militibus, alios mechanicis artibus operam dedisse, facile mihi & Plinius persuaderi, qui de collegijs ærariorum, fabrum, & singulorum à Numa rege institutis mentionem facit; & L. Florus id aperte demonstrat: cuius hæc sunt verba: A Ser. Tullio rege populus Romanus relatus in censem, digestus in classes, decuris atq; collegijs distributus: summaq; regis solertia ita est ordinata resp. vt omnia patrimonij, digressis, ætatis, artium, officiorumq; discrimina in tabulis refereretur, ac si maxima ciuitas minime domus diligencia contineretur. collegia, nominat, & artes quæ duæ dictiones manifeste declarant, cõta quam Dionysius Halicarnassensis quodam in loco affirmat, artes illas, quæ in officinis tractantur, etiam ab iis, qui multis ante annis iure ciuium Romanorum vterentur, esse cultas. hoc & Cicero demonstrat in oratione pro domo sua: in enim loci: Nullum est in hac vitæ collegium, nulli pagani, aut montani, (quoniam plebi quoq; vrbæ maiores conuenticula, & quasi concilia quædam esse voluerunt) qui non amplissime non modo de salute mea, sed etiam de dignitate decreuerint. Præterea lib. vi. epist. ad Att. Iudicem esse Romæ significat Turpionem tutorium. quid autem? Pedianus, qui fuit antiquitatum Romanarum bene peritus, nonne in orationis pro Milone commentario & concionem, & populum nominat, cum de iis, qui mechanicas artes tractant, manifeste loquitur: nam, cum exponit illud, contra hesternam concionem illam; subiungit hæc: idem T. Munatius Plancus, vt sæpe diximus, post audita, & obsignata testium verba, dimissisq; interit iudices, vocata concione cohortatus erat populum, vt clausis tabernis, postero die ad idicium adesset, nec pateretur elabi Milonem. Etant igitur opificum collegia ex quatuor hominum generibus, & feruis, ex inopi veterum ciuium Romanorum plebe, ex nouis ciuibus, ex iis, qui cum proxime in urbem venissent, censi nondum erant sed illa, quæ P. Clodius restituit, quæ etiam, vt ait Cicero in Pisonem, noua quædam & feruoriorum sæce constituit. Dio historici suæ lib. xxxviii. m. inueniunt nomina: quod mihi aliud essent, quàm opificum sodalitates: quales Veteris videmus esse quamplurimas. quod est ita sit ad aliam tamen sententiam conuertendū est illud, quod in lib. de Senectute ex persona Catonis Cic pronuntiat: sodalitates paulo ante me quaestorem constitute sunt. non enim de collegijs opificum est intelligendum, sed de sodalitatibus honestorum ciuium, animi causa constitutis, & quemadmodum sodalitates, item collegia non semper de artificum cõtibus dicuntur. non enim, quod lib. 1. ad Quintum Fraterem scriptum est, M. Furium Flacum, equitem Romanum Capitolini & Mercuriales de collegio eiecerunt, sic exponendum est, vt, de collegio eorum, qui mechanicas artes exercerent, sed de collegio aliquo sacerdotum eieciū esse Flacum, intelligamus. non enim suspicari aliter possumus, cum eques Romanus efferretur autem quaesturæ ab infima plebe tractarentur, argentaria tamen excepta, quam à Q. Cæcilio, equite Romano, Pompeij Attici auunculo, esse administratam, lib. 1. ad Atticū Cicero significat: si modo fenerator & argentarius id fuit, erat igitur inter quaesturias artes paulo honestior, vel, vt dicā verius, paulo minus turpis argentaria: cui tamen operam dare, probro ducebatur, itaq; Octauio, qui postea est Augustus appellatus, auum argentarium M. Antonius & Cassius Parmensis exprobrare soliti sunt. Ex nostris commentarijs in orationem pro Sextio.

re, nec locum deſertare debet imperator, vel quod, cum ad alia omnia dictatoris eſſet ſingularis poteſtas, in hoc vno voluerunt eum populo inferiorem videri. ſenatus tamen petenti Fabio Maximo Verruſcoſo contra veterem legem conceſſit, ut equo vehi poſſet: daturumq; id hominis virtuti, ac tempori, cum, caſus ad Cannas Romanis, in vno Fabio, dictatore creato, melioris fortunæ ſpes reſpoſita videretur. Dictaturæ ſpatium ſemiſtre fuiſſe, nec longius eſſe per leges poteſſe, ſatis conſtat. duo tamen, propriam potentiam legibus ac libertati anteponentes, L. Sylla, & C. Ceſar, veterique patricius, perpetuam dictaturam armis inuafere. verum Sylla moſtior: dictatorem enim ſponte depoſuit, ſolusq; aut cum paucis comitibus in publico verſari ſolitus eſt: cumq; ad quodam ingreſſu ſatis liberi adoleſcente conuiſis acerbiſſimis vexatum hiſtoriz produnt, Syllamque tum dixiſſe, Hic adoleſcens, ne quis vnuquam poſthac in deponenda dictatura me imitetur, efficit. Ceſar etiam illud ſape in ore habuit: Sylla neſciuit litterarum cum inſuſtinentiam impudentiamq; in omittenda dictatura notare. Ex noſtro libro de legibus Romanis.

D I R E M P T I S, & dirimere, illud tabellarum, hoc ſuffragiorum video proprium verbum fuiſſe: neque enim autem, ſatis fuiſſe manifeſtum. dirimere tabellas ſignificat, diſtribuire. diſtribuebantur autem iis, qui ſuffragium laturum eſſent, de quo ſic in oratione in Piſonem. Hoc certe video, vos togatores, vos diſtributores, vos cuſtodes fuiſſe tabellarum. & in ea poſt reditum in ſenatu: Quando illa dignitate tot rogatores, diribitores, cuſtodesq; vidisti loquitur autem Cicero de lege pro ipſius reſitu comitis centuriarum lata. Nec dubito, quin legendum ſit, Diribebantur, non diripiuntur, in ea in Piſonem, in eo loco. An expectas, dum de te lxxv. tabellæ diſcipiantur hoc verbum non in comitiis ſolum, verum etiam in iudiciis vſurpatum patebit. nam hoc proximum exemplum ſatis plane iudicium, quod Piſoni Cicero minatur, ſignificat. Plinius autem ad alias res tranſtulit hoc verbum ſic enim ſic lib. xxxvi. cap. xv. Hic eſt ille domitor orbis populus, qui gentes & regna diribet. Quod autem in oratione pro Plancio viſ diligens & eruditus legendum putat, pro direptio, diſtributio: rectius opinor ſenſiſſet, ſi, diremptio, repone maluiſſet. cum enim populus, aut iudices tabellas, voluntatis indicies, in ciſſas depoſuerant, tum vt intelligeretur, quæ tabellæ legem probeant, quæ reſicerent, aut quæ reum abſoluerent, quæ condemnarent, omnes diſtribuerant, & ſeparari neceſſe erat. id autē, dirimere, eaq; actio diremptio, vocabatur. id ita eſt, plane demonſtrat Varro de Re ruſt. lib. iiii. Comitibus, inquit adiciis, cum ego atq; Axiſ ſuffragium tulſiſſemus, Axiſ mihi, dum dirimuntur, inquit, ſuffragia, viſ porius Villæ publicæ vnamur vmbra, quam priuati candidari tabellæ: ſic enim ſcriptum eſt in veteribus libris, non, vt à quibusdā huius verbi vim ignorantibus, nimis temere eſt intruſum, diſtribuerunt. In epistoſa quoq; lxxv. lib. iiii. ad Q. Fratrem, Cato, inquit, diſruptis tabellis de circulo ſe ſubduxit. vbi, diremptis, legi malim. perſpicue autem huius verbi ſententiā demonſtrat Lucanus lib. v. in illo verſu. Ee nō admixta dirimit ſuffragia plebis, pro diſcunctat & diſcunctat. Hæc ex obſeruacionibus noſtris.

D I S C E D E R E, non eſt ſemper, de loco abire. nam lib. i. ad Atticum. Si poſſum, inquit, diſcedere, ne cauſa optima in ſenatu pereat. id eſt: ſi poſſum conſequi, ſi hunc exitum res habere poteſt. idem verbum ad eandem ſententiā tranſtulit Terentius apud quem ita loquitur Geta ſeruus in Phormione. Modo vt hoc conſilio poſſit diſcedi, vtilitatem ducat. Ex noſtris commentis ad Att.

D U C E, verus locutio fuit, ducere ſe, pro latenter abire, ac diſcedere. Terentius in Hecyſa, vxor, inquit, vbi me ad filiam ire ſenſiſſe, ſe duxit foras. & Plautus in Aulularia: Ego me deorſum duco de arbore, & in Bacchidibus: Duce ab arbore, & Aſinius in epistoſa ad Ciceronem: Balbus queſtor, magno pondere auti, maiore argenti coactio de publicis exactionibus, ne ſtipendio quidem milicibus reddito, duxit ſe à Gadibus. Ex noſtris ſcholiiſ in epistoſa ſam.

D U C T V M, Duo genera edictorum fuiſſe video, vnum, quod initio magiſtratus, publice proponebat prior vrb. ex quo toto anno ius diceret: alterum, quod ad ſingulas cauſas pro re nata accommodaretur, quale fuit Albi prætoris, quo Gabinium maiſtatis reum addeſſe iuſticius mentio ſit à Cicerone lib. i. i. ad Q. Fratrem. fuit autem proprium prætoris vrb. edictum illud annum, nam reliqui ſeptem prætores, qui de criminibus queſcebant, factis pro tempore edictis vrebantur. Ex noſtro commentario ad Q. Fratrem.

E Q U E S, tria genera loquendi Latini ſcriptores vſurpant, eques, equeſtris ordinis, equeſtri loco natus, quæ vtrum idem ſignificent, an verò diſſerant, & quatenus diſſerant, conſiderandum. Eques & equeſtris ordinis, id eſt, ſunt. nam & eques quicūq; eſt, & dicitur, id eſt, equeſtris ordinis, & eſt, & dicitur: & contra, quod ſi eques patre natus eſt equi nunquam ſenator fuerit, is equeſtri loco natus dicitur. ſin patre natus eſt ſenatore; eques quidem, ſed non equeſtri loco natus. qui porro, cum eques fuiſſet, in ſenatum eſt allectus; eques non amplius dicitur, ſed aſſumpto nobilitatis ordinis nomine, ſenator: ornamenta tamen retinet equeſtria, anulum aurum, & equum publicum. itaque M. Cicero, cum equire Romano natus eſſet, nunquam, poſtea quàm in ſenatum peruenit, eques appellatur, ſed ſenator. atq; ipſe ſuis in ſcriptis, cum de ordine ſenatoris loquitur, noſtrum appellat, cum de equeſtri, non item, is igitur non eques, neque equeſtris ordinis, ſed ſenator, & ſenatoris ordinis iure dicebatur. Ac mihi venit in mentem, quod in quadam epistoſa ſcriptiſ M. Cælius ad Ciceronem. Noſtri, inquit, equites niſi ætatis viduiſſent, noſtri, ob eam cauſam dixit, quia vterq; patre equite Romano natus erat. Poteſt igitur eſſe eques equeſtri loco natus, & eques nō equeſtri loco natus. itēq; poteſt eſſe ſenator equeſtri loco natus, & ſenator non equeſtri loco natus. cuius verò pater eques fuiſſet, is, ſi ſenator factus eſt, deſinit appellari eques, & equeſtis ordinis: eadem tamen retinet inſignia, niſi ſi ea, ignominia cauſa, notatus à cenſoribus amiſit. Ex noſtris obſeruacionibus.

E X I L I V M, mentionem ciuium Romanorum exulantium ſæpe fieri videmus; cum tamen nulla lege damnatis ciuibz exilium ſit irrogatum, quod ne vocari poſſit in dubium, ponam verba Ciceronis in oratione pro Cæcina. Exilium, inquit, non ſupplicium eſt, ſed perſeſſum, portūque ſupplicij, nam, qui voluit poenā aliquam ſubire,

fugere, aut calamitatem, eod ſolum vertunt: hoc eſt, ſedem, ac locum mutant. itaque nulla in lege noſtra reperitur, vt caput cæteras ciuitates, maleficiū vltimū exilio eſſe inſtitutum ſit, cum homines vincula, neceſ, ignominiaſque vitant, quæ ſunt legibus conſtituta, conſugiunt, quæ ad aram, in exilium. qui ſi in ciuitate legis vim ſubire vellent, non prius ciuitatem, quàm vitam, amitterent. quia nolunt, non admittunt ius ciuitatis, ſed ab iis reſtatur, atque deponitur. nam, cum ex noſtro iure duarum ciuitatum nemo eſſe poſſit; tum amittitur hæc ciuitas denique, cum is, qui profugit, receptus eſt in exilium, hoc eſt, in aliam ciuitatem. Hæc Cicero: quæ tum, non eſſe exilium vlla in lege nominatum, aperte docent: tum verò ideo multos in exilium ante damnationem ſua volutate proſiſſe, quia, legis poenā, quam præſentes corpore ſubirent, vt vincula, neceſ, ignominiaſque aliquam omnino vitare vellent. nam etiā reo in exilium proſeſſo, niſiſſimul cauſa peragebatur, & ſententiæ ſerebatur: (id exemplo Fabricij, de veneficio condemnati, ex oratione pro Cluentio conſtat: qui cum, abſolutione deſperata, à ſibiſſis ſua ſponte diſceſſiſſet, cum tamen latis ſententiis, abſentem iudices condemnarunt: idēq; de Verre Pedianus ſignificat, & in commentario Miloniano, cum ait: Multi præſentes, & cum citati non reſpondiſſent, damnati ſunt) tamen, cum quod ad corpus attinet, aut ad præſentem ignominiam, ipſe ſibiſſim reus cauerat; leuiora ducebat reliqua, ſive ſibi abſenti aqua & igni interdiceretur, ſive bona publicarentur, ſive aliqua inſamiz nota inureretur. Ac idem Cicero ipſe ſibi quaſi repugnare in Paradoxiſ videretur: vbi de exilio, tanquam poenā legum, ita loquitur: Omnes ſolent, atque impij, quorum tu te ducem eſſe proſiſſeris, quos leges exilio aſſiſci volunt, exules ſunt, etiam ſi ſolum non mutantur. an, cum omnes leges exulēte te eſſe iubent, non eris ex exul? in oratione autem pro Muræna, noua ambibus lege, quam ipſe tulit, ſenatores in exilium niſſos, ſiſis verbiſ demonſtrat: Legem ambibus flagitiſ: quæ tibi non dedit: erat enim ſeuereſſime ſcripta Calpurnia. geſus eſt mos & voluntati, & dignitati tuæ, ſed tota illa leraculationem tuam, ſi haberes oncentem reum, fortaſſe armaſſet, petitioni verò reſtagata eſt. poenā grauior in plebem alta voce eſſagitata eſt: commotiſ animi tenuiorum. exilium in noſtrum ordinem: conceſſit ſenatus poſtulationi tuæ, ſed non libenter diuorem fortunæ communi conditionem te auctore conſtituit. Atque hæc ipſa de lege, de qua exilio x annorum loquitur & Dio libro xxv. i. nec deſunt alia de ciuibz Romanis exulantibus exempla: quos tamen à lege, vel à iudicibus, qui miſiſſi legum ſunt, nominati in exilium eſſe eiſſos, non debemus opinari. quo modo igitur exules? Sciendum eſt, exilij duo genera fuiſſe, voluntarium, & legitimū: & voluntarij rursus duo genera, vnum, cum reus ante latis à iudicibus ſententiis in exilium abibat, vel vt legis poenā vitaret, quod iam diximus; vel quia, cum ſe damnatum ſi perſeſſe videret, ſponte veller eam poenā ſubire, quam paulo poſt leges ſi fine dubio illarum videretur: quod ſi, quos paulo ante dominauit, Verres, Fabricijſque, omni proſus abſolutionis abſoluta ſpe, ſecerunt. non enim ante damnationem ideo diſceſſerunt, vt legis poenā vitarent: quandoſque ſibiſſim exilio grauius timere à iudicibus poterat: cum Oppidicū qui mox eodem crimine præſens damnatus eſt, nullam omnino, præterquam exilij, calamitatem tulſiſſe conſtat. nec de repudiandis quo crimine damnatus eſt Verres, alia, præter exilium, & lxxv. xlii. mationem. nocentes reos poenā ſequabatur. quam vtrancque poenā, poſt proſeſſionem damnatus, Verres tulit. Alterum exilij voluntarij genus fuit, cum reus, poſt damnationem, quia multam à iudicibus dictam ſolvere non poſſet, ex vrbē diſcedebat, quod vt putem eiſſe legibus, ad eſſe fugiendam multæ ſolutionem, fuiſſe permiſſum, adducor ut verbiſ, quæ ſunt in oratione pro Cæcina: In colonias Latinas ſæpe noſtri ciues aut ſua voluntate, aut legis multa proſeſſi ſunt: quam multam ſi ſuſſeſſe voluiſſent, tamen manere in ciuitate poſſuſſent. Legitimum autem exilium erat, cum reus, non ille quidem verbo, ne tamen ipſa in exilium mittebatur, vetus enim conſuetudo fuit, inſoluta legibus, more conſtituta, quæ non modo in rep. ſed imperatorum quoque ætate, multique poſt ſeculis, viguit: vt, ſi quis exilij poenā dignus videretur, ei, nulla exilij ſacta mentione, reſto, aqua, igni interdiceretur. ita earum rerum, quæ maxime ſunt ad vitam ſuſtentandam neceſſariæ, vſu priuatus cum vno aëris alimento contentus eſſe non poſſet, abire cogebatur. ex quo exulare ciues Romani dicebantur: patet hoc in oratione pro domo: in qua ita ſcriptum eſt: Qui erant rerum capitalium condemnati, non prius hanc ciuitatem amittebant, quàm erant in eam recepti, quò vitendi, hoc eſt mutandi, ſoli cauſa venerant. id autem vt eſſet faciendum, non ademptione ciuitatis, ſed reſti, & aquæ, & ignis interdictione faciabant. Ac ne ciues quidem omnium improbiſſimi, atque audaciſſimi, cum in ſuos inimicos, ætérnimo incitati odio, non leges, ſed priuilegia ferrent, exilium nominabant. ſed iſ aqua & igni interdiceretur. itaque & de ipſo Cicerone, quod in eadem oratione legitur, P. Clodius tribunas pl. cui nihil in tota vita moſtitiæ fuit, qui in tribunatu pro ſua libidine, neglecto more maiorum, abieciſſis legibus, cuncta geſiſſet, ita populum rogauit: Velitis, iubeatis, vt M. Tullio aqua & igni interdicator, neque ſolum Clodius, ſed antea quoque homines maxime ſeditioſi, C. Gracchus, & L. Appuleius Saturninus de ſuis inimicis eodem modo tulerunt. eſt enim eadem in oratione ita ſcriptum: Ne cum quidem, cum aſhoram, negare poterat eſſe me tua lege ſenatorem. vbi enim videras, vt mihi aqua & igni interdiceretur? quod Gracchus de P. Popillio, Saturninus de Metello tulit. & minorem, ſive mediam capitis diminutionem, cum ciuitas eſſet non verbo, re tamen adimebatur, ita fieri ſolitam, tradidit Iuſtinianus Inſtit. libro t. de capitis diminutione, hiſ verbiſ: Minor, ſive media capitis diminutio eſt, cum ciuitas quidem amittitur, libertas verò retinetur: quod accidit ei, cui aqua & igni interdictionem fuerit, vel ei qui in inſulam deportatus eſt. Ergo cum dixit Cicero aduerſus Clodium in Paradoxiſ: Familiariſſimus tuus de te priuilegium tulit, vt ſi in opertum Bonæ dæce acceſſiſſes, exulares: hoc ſignificant; vt tibi aqua & igni interdiceretur. & cum de ambibus dampnis x annorum exilio puniendus Dio locutus eſt, non aliud intellexit, quàm, vt iſ in x annos aqua & igni interdiceretur. Erat autem, vt neque flagitia ſunt paria, ſic hoc poenæ genus neque loci ſpatio, neque temporis æquale, quibusdam enim tantum intra vrbem, hoc eſt intra pomerij fines, aliis longius, aqua & igni interdiceretur. crediderim tamen, actum ſatis leuiter ac miſericorditer cum reo, nequitiæque aut cerè paucoſ admodum extra

Italix terminos aquæ & ignis interdictione summotos, qui videam Oppianicum, de veneficio, quod capitale crimen erat, damnatum, impune tamen ad urbem habitare potuisse. notauimus enim hæc in oratione pro Cluentio: Cum vagus, & exul erraret Oppianicus & huc ad urbem profectus esset, accidisse ex equo dicitur, & latus offendisse vehementer, & postea quàm ad urbem cum febris venerit, paucis diebus esse mortuum. Quid, quod Q. Pompeium Rufum, & T. Plantum Bursum, verumque de vi damnatum, quod ex Dionis historia constat, alterum Baulis fuisse, alterum Rutenæ scribit M. Cælius in epistola ad Ciceronem? nam Cicerō ipse quadringentis millibus passuum, non vlla communi lege, neque iudicium sententis, sed iniquissimo P. Clodij privilegio, per operas Clodianas lato, abesse iussus est, aqua & igni citra illum terminum interdictis. Milonis autem Massiliæ exulantis exemplum, vix cum altero licet exemplo coniungere, graue enim facinus occiso in Appia via Clodio, à senatu iudicatum est: & fuit faciendum populo, Clodij cæde concitato. Ideo noua lex per lata, & extra ordinem questum, nec tamen satis habeo compertum, Massiliam ne sedem exilij Milo delegerit, quod citra esse interdictionem aqua & igni, an vero, quod, cum propius urbem, concedere lege, posset habitare, Massiliam tamen probauerit, ac voluerit, nec puto leges, aut iudices præscripsisse cuiquam, vbi esse deberet, sed non posset. ne verò his de quibus & Cicerō in oratione pro Balbo, & historice loquuntur, Q. Maximus, P. Popillius, Q. Philippus Nuceria, aut C. Catoni Tarraco, aut Q. Crispioni & P. Rutilio Smyrna locus exilij definitus sit: sed ipsi, cum Romæ esse non liceret, eas res, vt iucundas, aut quietas, aut commodas, aut sibi fortasse beneuolas, ad habitandum legerunt. Memorabile illud fuit, quod legitur in Polybio: capite damoatis egressi palam ex urbem egressi: quod si tribuum vna, quæ scilicet ad damnationem deesset, suffragium de reo nondum tulisset, fauilem reo esse datam exilij suo sibi arbitrari deligendi: exulibus autem commemorari tunc licebat in qua vellet urbe federata, vt Neapoli, Pitane, Tybure. hæc Polybius: cuius ætate populus de capitalibus criminibus iudicabat. nam postea prætores quaesierunt, excepto crimine perduellionis, aut si quando tribunus pl. diem alicui diceret, suffragiumque de reo mallet à populo, quàm sententias à iudicibus, & prætoris, ferri. Quod autem exilij tempus disparibus in culpis diuersum fuisse dixi, id ita verisimile est, vt exemplis probari multis non debeat. quare vnum ponam, etsi minime necessarium. Damnatis de ambitu aqua & igni per x annos tantum interdicitur: quod antea demonstrat, at damnatis de corrupto iudicio, in vniuersum vitæ tempus: quod in oratione pro Cluentio licet coniectare: huius in extremo, peritutum extra patriam Cluentium, si damnatus erit, his verbis significat: Quid enim profectum, nisi vt huius ex mediis mortis insidiis vitæ ad luctum referuata, mors sepulchro patris priuata esse videatur? Ac de duobus exiliis, voluntario ac legitimo, vtrum fuerit grauius, venit in mentem queri posse. legitimum existimo: primum quod eos, quibus aqua & igni interdictum est, recipi recto intra spatium interdictum leges vetant: quod his non contigit, qui sua sponte in exilium profugerunt: deinde, quod, vt ego arbitror, aliquot turpius est, exulare legibus eiectionem, quàm, exulare non eiectione. eiectionem enim ciuitate, cui aqua & igni interdictum est, qui verò sua voluntate discedit, non ita eluitare possit, sed eam ipse deserit, ac relinquat. huc adde, quod, quibus interdictum est, iudicatos postea non sunt, & eos legi suo loco à censore in senatum leges prohibent: quibus verò non interdictum est, etiam si urbe eant, senatores tamen sunt. hoc in oratione pro domo didicimus: in qua hæc sunt, Necrum quidem, cum aberam, negare poterat esse me senatorem. vbi enim tuleras, vt mihi aqua & igni interdiceretur? quod Gracchus de P. Popillio, Saturninus de Metello tulit, homines seditionis optimis ac fortissimis ciuibus non vt esset interdictum, quod fieri non poterat, tollerunt, sed vt interdiceretur. vbi caussit, ne meo me loco censor in senatum legeret? quod de omnibus, etiam quibus damnatis interdictum est, scriptum est in legibus. Ergo, cum de pœnis capitalibus loquimur, aut exilium inter eas nominandum non est: quod lex nulla, nullum ob malefactum interrogabat: aut eo de exilio dicendum, quod etsi non nominaretur, necessario tamen, cum damnatis interdiceretur aqua & igni, conuequebatur. Hæc ex libro nostro de legibus Romanis.

EXTRA CILVSVS ager dicebatur, qui intra finitimam lineam & centurias interiacebat: ideoque extraculus, quia extra limites finitima linea clauderetur. & extraculus loca sunt aquæ iuris subsecutorum, ultra limites, & ultra finitimam lineam, quod genus agrorum si reip. populi Romani, aut ipsius coloniz cuius sine circumdatur, siue peregrinæ urbi, aut locis sacris, aut religiosis, quæ ad populum Romanum pertinentibus, datum non est, iure subsecutorum in eis, qui assignare potuerunt, remanet potestate. Ex Frontino de agrorum qualitate.

EXTRIMITAS in agro ita definitur ab Aggeno. Extrimitas finitima linea est, quæ interuenit aut per iter publicum, quod transcendere non potest, secundum legem colonicam: quia omnis limes iuncti publico feruere debet: aut per limites siue terminos aliq. signa quibus territoria finiuntur: aut vbi insoluta loca remanserunt. hæc autem sunt loca quæ insoluta dicuntur: quæ aut in saxosis & sterilibus locis sunt, aut in paludibus, vbi nulla potuit exerceri cultura: quia, dum non esset quod excoli potuisset, nullis necesse fuit limum regulis obligari. Ex Aggeno de limitibus.

FORIS quandoque pro passum vsurpatur. Cicerō ad Q. Fratrem, Foris valde placidius id est, non solum in senatu, sed apud ceteros etiam. & in epistola longa ad Lentulum: Cum ea contentio mihi magna etiam foris fructum tulisset. In vulgus, idem alibi dixit, eadem sententia. Ex nostro commentario ad Q. Fratrem.

GALLIATOGATA non est, vt quidam credunt, ipsa plane cisalpinæ, sed cisalpinæ patris togata enim incipit à Rubicone flumine, & Placentia terminatur: cisalpinæ verò initium quidem ipsa quoque capit ab eodem flumine, sed terminum habet alpes. erant autem in togata multa municipia, multe coloniz Romanæ: propterea dixit Cicerō in epist. 1. ad Att. Videtur in suffragiis multum posse Gallia ius enim ferendi Ro-

mæ suffragij habebant omnia municipia, & omnes coloniz, quæ idem Romanæ dicebantur, quia iura possidebant ciuium Romanorum. nam Latine suffragium non habebant, sed tantum Latij, vnde appellatur. Ex nostro commentario in epist. ad Att.

GENTIS & familia. inter gentem, & familiam illud interest, quod gens ad nomen, familia ad cognomen refertur. itaq. illa rangum totum continere videtur, hæc quodam modo partem. exempli gratia. Valerij omnes vniuersæ gentis dicuntur, quia vno nomine continentur omnes. at verò partes gentis huius sunt plures, quæ ex cognominum varietate distinctæ sunt, & quæ familiæ nominantur, vt in gente Valeria Maximi, Messallæ, Flaccæ, Læuini, Faltones, in Cornelia Scipiones, Lentuli, Dolabellæ, Sullæ, Cinnæ: in Aemilia Mamercini, Lepidi, Pauli, Scauri, Barbullæ: itemque iocæsteris. at verò Valerij omnes vniuersæ gentis, itemque Cornelij, atque Aemilij. itaque recte Festus gentē definiit eā, quæ ex multis familiis cōficeretur. Quod autē interest inter gentē, & familiam, idem interest inter genus, & stirpem, quæ quidem ita esse, ex his veterum historiarum urbis intelligitur, Suetonius in Galba: Imagines vniuersæ gentis exequi longum est, familiæ breuiter attingam. Qui primus Sulpitiorum cognomen Galbæ tulit, eum, aut vnde traxerit, ambigitur. & Lilius lib. x. x. v. i. i. Scipio Nalica orationem habuit plenam veris decoribus non communiter Corneliz gentis, sed proprie familiæ suæ. & apud Suetonium Cæsar: Ab Anco Marcio sunt Marci Reges, quo nomine sui matris, à Venere Iulij, cuius gentis familia est nostra. & in Augusto: Gens Octauia à Tarquinio Prisco rege inter Romanas gentes allesta, mox à Ser. Tullo inter patricias traducta. primus ex hac magistratuum cepit C. Rufus. Is quæstorius Cæcum, & Cæcum prætoris, à quibus duplex Octauiorum familia defluxit, conditione diuersa. & Cicerō in Bruto: Funebres orationes ipsæ familiæ quasi ornamenta seruabant ad vsum, siquis eiusdem gentis occiderit. & Lilius lib. i. x. Duodecim Pontiorum familias fuisse, cum gens Pontia tota interiret. & lib. i. Iulia gens Iulium auctorem sui nominis nuncupat. & lib. v. i. i. sic loquitur Valerius Coruius: Non, si mihi nouum hoc Corui cognomen diis auctoribus homines distulit, Poplicolarum vetustum nostræ familiæ cognomen memoria excidit. & libro x. i. Inde cognomen familiæ inditum, vt Annales appellarentur. & Catullus, Non deerat tam vetus sine liberis domus esse. id est tam veterem gentem, qualis erat Mausia. Hæc de gente, familia, & genere. nunc de stirpe dicam. Cicerō pro Rabirio: Quia in familia laus aliqua fortè floruerit, hanc ferre, qui sunt eius stirpis, cupidissime persequuntur. & primo de Legibus: Hic oritur stirps antiquissima sumus. & in Lælio: Quia aliquandiu propter ignorantiam stirpis, & generis in famulatu fuerunt. & libro i. de oratore Quid, qua de re inter Marcellos, & Claudio patricios centumviri iudicauerunt? Cum Marcelli à liberis filio stirpe, Claudij patricij eiusdem hominis hereditatem gente ad se redisse dicerent: nonne in ea causa fuit de toto stirpis, & gentilitatis iure dicendum? & Suetonius in Claudio: Claudius Cn. Pompeio antiquissimæ stirpis Magni cognomen ademit. Quæ autem ratio est inter gentem, & familiam, eadem est inter gentes, & agnatos. vt enim familia, aut stirps non propius attingit, quàm gens, aut genus, sic agnati, quàm gentiles. siquidem gentilis, auctore Festo, dicitur, qui eodem ex genere natus. & is, qui simili nomine appellatur. recte, quatenus enim ait, Ex eodem genere, eos intelligit, qui eiusdem gentis eundem principem habent: quatenus, simili nomine, eos qui eandem quam vno gentis nomine omnes vtuntur, tamen alium atque alium auctorem sui generis nuncupant. quo modo Cicerō in prima Tusculana, se gentilem esse ait Ser. Tullij regis, quod vterque simili gentilitio nomine vteretur, cum tamen è diuerso vterque fonte manaret. Cum autem ad Herennium scriptum sit: Si furiosus existat, agnatorum, gentiliūque in eo, pecuniāque eius ius esto. item: Si pater familias intestato moritur, familia, pecuniāque eius agnatorum, gentiliūque esto: agnati profecto videntur esse, quæ eadem familia sint: quibus deficientibus, gentiles subeant. nam Cicerō dixit primo de Oratore: Iura gentilitarum, & agnatorum. item: Ius gentilitatis, & stirpis. & de Legibus primo: Homines decorum agnatione, & gente tenentur: cum vtrunque coniunctionem compledi vellent. Qui autem libris scriptis ante nos de nominibus, idem esse censet gentē, & familiam, gentiles, & agnatos: ait enim: Agnomen familiæ est appellatio, & gentis: vnde agnati, & gentiles dicebantur, quæ eadem erant familia, vt Cicerō in Topicis ait, & idem in Bruto Ser. Tullium regem gentilem suum ea de causa nominat. mea autem sententia, Ciceronis sententiam percepisse non videntur, qui in Topicis gentiles eos definiit, qui inter se eodem nomine sunt, id est ex eadem gente: familiæ verò, aut agnatorum non meminit. Est præterea intelligendum, Plinium gentiles nouo quodam modo appellare. siquidem feruos gentiles esse dominorum ait, quia eodem prænomine appellarentur, quo domus, vt Marci Porci, Quintilij, id est Marci, & Quintilij puer. Ex libro Cæ. roli Sigonij de nominibus Romanorum.

GLADIATOR. plura genera gladiatorum erant, Samnites, Prouocatores, Retiarij, Mirmillones. ex his oppositi in pugnis Samnites, & Prouocatores: quod illa Ciceronis verba in oratione pro Sextio videntur ostendere: cum de venalibus quidem homines electos, sed ex ergastulis emptos, nominibus gladiatoris ornari, & sortito alios Samnites, alios Prouocatores fecerit. Retiarij autem, & Mirmillones componbantur: id quod Valerius Maximus libro i. & Quintilianus libro v. i. declarat. Samnites ad pugnandum primo lenti: Prouocatores ex se nomen sumpserunt, quia certaminis initio prouocare aduersarios solebant. vnde Horatius in epistola quadam, Lento Samnites ad limina prima duello. Mirmillones & Secutores dicebantur: quod, si quis Festum, & Quintilianum lib. v. i. & Suetonium in Caligula legere, facile poterit coniectare. de Secutoribus meminit & Cicerō libro v. i. ad Att. & Iuuenalis saty. v. 111. Ex commentario nostro in orationem pro Sextio.

Cum minus gladiatorum significare vellent, gladiatoribus, dicebant, vt libro i. epistola ad Att. item libro i. bis, & Philippica 1. item in epistola Attij, quæ est libro x. fam. Pedianus, Dare gladiatorum,

rum, dixit, cum subintelligeret, munus. Ex nostro commentario in epist. ad Att. Gegerat gladiatorum plura: quorum primum lusus equestris, duo enim equites, praecedentibus prius signis militibus, unus à porta Orientis, alter ab Occidentis, praecedebat in equis albis, cum autem galeis, muribus & habilioribus armis. Retiarius, ab armatura genere, in gladiatorio ludo, contra alterum pugnantem occulte ferebat rete, quod iaculum appellatur, ut aduersarium cupide insequentem operiret, implicitumque vitibus superaret. quae armatura pugnabat Neptuno, tridentis caula. Sutor est ab insequendo retiarius dictus, gestabat enim cuspidem & malleum plumbeum, quae aduersarii iaculum impediret; ut, ante quam ille feriret rete, iste superaret. haec armatura sacra erat Vulcano, ignis enim aquam semper insequitur. idcirco cum retiario componebatur, quia ignis & aqua semper inter se inimici sunt. Laqueatorum pugna erat, fugientes in ludo homines, iniecto laqueo impedire prostrare, amictos vmbone pelliceo. Velorum pugna erat ut vltro citroque telo obiciderent. erat autem equum varia pugna, & spectantibus gratior quam reliquae. velites autem vocati sunt, siue à volitatione, siue à ciuitate Etrurcorum, quae Velites vocabatur. Idcirco de etymologia.

I D Q U O D, pro ideo quiddam veteres dicebant. Sic locus est Terentius in Heautontimorumenos. Id quod est consimilis moribus, conuincens facile ex te natum. & in Hecyra: Illico latre exclamant, venit, id quiddam repente aspererant. & Lilius libro 11: Id quod erat vetusta coniunctio cum Macedonia. & libro 11: ad Q. fratrem: Teneo ab accusando, vix me hercule, sed tamen teneo, id quod iudices nullo habemus. Ex nostro commentario ad Q. fratrem.

I T R A X X X creabatur, cum nullus esset in urbe patricius magistratus, creabatur autem à senatu, nec à senatoribus cunctis, sed à patriciis tantum, nec verò interrex poterat esse, qui patricius non esset: nec ultra quinque dies durabat. moris autem fuit, ut, qui primus interrex creatus esset, comitia non haberet: habebat autem vel secundus interrex, vel qui deinde facti essent. Ex nostris observationibus.

I T A L I A sic describitur à Siculo Placco in libro de conditionibus agrorum. Ab Alpibus in mare porrigitur à tribus lateribus exteras gentes intueitur: à Sicilia vsque ad Galliam omne litus Africum ei est contrarium: sursum à Leuconopetra pars, quae ad mare attingit, Macedoniae & aliam Epri partem spectat. Adriaticum verò litus Illyricum contra se habet.

I D I C I A. Satis est obscura & percurata iudiciaria cognitio. itaque studiosius vult futurum putamus, si, quae legendis veterum libris obseruauimus, asstantur. sic enim aut tota res patet, aut certe minus obscura videbitur. Ac primum illud ponam, decem leges à me esse notatas, quae diuersis temporibus Romae de iudiciis latae sunt, Semproniam, Seruiliam, Liliam, Ploriam, Cornelianam, Variatam, Aureliam, Pompeiam, Iuliam, Antoniam: quibus de singulis agendum est. Ante C. Sempronij Gracchi tribunatum soli senatores, vultuissimum, ut opinor, Romuli lege, iudicabant, exceptis causis, in quibus de pecuniis ob iudicandum captis ageretur, nam de his ad equites questio pertinebat. idcirco non antiquum fuisse, sed tributum esse equestri ordini aetate Ti. Sempronij Gracchi Tiberij, & C. patris, qui etiam senatum, quod id fieri passus esset, reprehenderet, cum futurus ex eo publicas discordias calamitatisque praedictor: Appianus historiz suae libro 1. scriptum reliquit. C. Gracchus, Tiberij filius, tribunus pl. Cn. Domitio Ahenobarbo C. Fannio Nepote cons. legem tulit, quam paucis ante annis frater eius Tiberius ferre conatus erat, ut equites soli iudicarent. sic enim ex Velio, Pediano, Appiano, Cicero ipso cognoscitur. Postea Q. Seruilius Capiō consul, qui postea cum Cimbris male pugnavit, legem rogauit, ut cum equitibus, qui antea lege C. Gracchi soli iudicauerant, etiam senatores iudicarent. hanc tamen legem, quam & Cassiodorus, & Obsequens, & Cicero ipse latam significat, non multo post esse abrogatam, ex eo suspicor, quod paucis post annis C. Norbanum, quo accusante Capiō damnatus erat, non ab equitibus, & senatoribus, sed à solis equitibus esse iudicatum, Cicero libro 11. de Oratore declarat his verbis. Animus equitum Romano, Cicero libro 11. de Oratore causa agebatur, ad Q. Capionis odium, à quo rum, apud quos tum iudices abolerent, renouabam, atque reuocabam. Facit etiam ipsi propter iudicia abolerent, renouabam, atque reuocabam. Facit etiam mecum illa ratio, quod, cum M. Lilius Drusus tribunus pl. Philippo & Caesare cons. legem tulit, ut cum equitibus senatores iudicarent, quod proxime probatum est: manifestum est, solos equites ante Drusi tribunatum iudicasse. Praeterea, scriptum est apud Cicero in oratione pro C. Cornelio, non ante legem Ploriam senatores cum equitibus iudicasse. ac legem Ploriam Pompeio Strabone & Porcio Catone cons. latam esse, Pedianus docet. ex quo, legis Semiliae de communicandis inter equites & senatores iudiciis nullam habuit esse rationem, ac ne Lilius quidem, quae id sanxit, facile est cognoscere. Post Capionem M. Lilius Drusus tribunus pl. eius Drusi filius, quo tribuno pl. ad labellandam C. Gracchi potentiam senatus usus erat, L. Marcio Philippo Ser. Iulio Caesare cons. tulit ad populum ut cum equitibus senatores causas cognoscerent. cuius legibus, Philippo consule referente, S. C. sublati, in eundem, quo antea fuerat, statum re iudiciaria restituta, solique ex lege Gracchi iudicantur. Anno deinde interfecto, M. Plautius Silanus tribunus pl. Cn. Pompeio Strabone L. Porcio Catone cons. qui fuit annus belli Italici secundus, tulit ad populum, ut singulae tribus à se numero quinos decenos, per annum iudicarentur, suffragio crearent. quod factum est, ut senatores quinque in eo numero essent, & quidam etiam ex ipsa plebe. Post victor Sylla, dictator primus reip. constituendae causa factus, insensit equitibus, quia pro Cinnanis nartibus steterant, legem tulit, ut tres ordines, senatores, equites, tribuni ararij simul iudicarent. tamen si, & conuentionibus aditum ad res iudicandas patuisse hac ipse lege, & sequentibus dubit, de quibus dicemus. Pompeia, & Iulia, censuram praefinitio. Cicero docet in Philippica prima. videtur autem Patreulius, nisi mendosus libri sunt, neque tempus, neque sententiam huius legis perfecte nouisse: qui libro 11. legem à Cotta latam per i. tempus significat, quo Gabinus tribunus pl. rogationem tulit, ut Pompeius contra piratas summo cum imperio mitteretur, quod factum esse constat. nam Gabinus biennio post Pompeij consulatum, hoc est Pisonis & Glabronis cons. eam legem tulit: quod & Vellius ipse asserit, & inde facile licet existimare, quod, absoluto bello piratico, statim C. Ma-

nilius tribunus pl. tulit ad populum, ut Mithridaticum bellum Pöpeio mandaretur. id Plutarchus Vellicusq. confirmant. Manilius autem legem Cicero praetore latam esse, inculeta ipsius oratio declarat. porro Cicero de gestis praeturae Lapidio & Tullo cons. qui fuit annus post Pisonis & Glabronis consulatum proximos, quis est qui ignoret? testem habemus Pedianum: ut alia, quae facile probantur, argumenta praetmittam. tulit igitur de piratico bello rogatione Gabinus tribunus pl. Pisonis & Glabronis cons. at Cotta, cum rogationem de iudiciis eo anno tulit, quo designatus ad illis Cicero Verrem acculauit, defendente Horcenio consule designato, plane videtur eo anno tulisse, quo Pompeius & Cassius consules fuerunt. quod aperte Dio narrat. Hoc de tempore, quod ad sententiam attinet, non video, qui probari possit id, quod idem narrat, Cottam iudicandi munus inter equites & senatum aequaliter esse partitum, cum, eam potestatem non his modo, sed praeterea tribunis arariis esse permissam, feretis loci demonstrant: nisi forte illud, (libet enim tunc antiquitatem) aequalitatem inter vtrunq. ordinem partitum est, ideo Patreulius dixit, ut significaret, non solum senatui, ut antea, sed equestri pariter ordinem post legem Aureliam iudicasse: ut ararios tribunos, qui deinde cum senatoribus & equitibus iudicauerunt, et si non nominauit, non tamen exclusisse videatur. quo modo & Cicero in lib. v. in Verrem locum videmus. ait enim, cum Cotta legem significet iudicium de iudiciis, & de te futurum est: at quo tempore futurum est? nempe eo, cum populus R. aliud genus hominum, atque alium ordinem ad res iudicandas requirit nempe ea lege de iudiciis iudicibusq. nouis promulgata. Alium ordinem dixit, cum tamē non vno de ordine, sed de tribus. hoc est de senatoribus, equitibus, tribunis arariis in ea lege mentio fieret. Eodemq. modo, cum censuram iudicia refecisset esse iudicium sententiae, significare vellet in oratione pro Cluentio locutus est. Senatores, inquit, equitibusq. Romani in compluribus iam reis, quos contra leges pecunias accepisse subscriptum est, suae potius religioni, quam censuram opinioni paruerunt. & in Diuinatione: Iudiciorum leuitate ordo quoque alius ad res iudicandas postulat. Pedianus etiam in commentatio 11 orationis in Verrem, Cottam, inquit, praetorem significat, qui legem promulgat de restituendis equis i. ordini iudiciis. cum tamen Cotta lex non de vno equestri ordine, sed de senatoribus, equitibus, tribunis arariis mentionem faceret. Plutarchus etiam in Pompeio iudicia ad equites, ait, esse emanata: cum tamen lege Cotta inter tres ordines essent communicata. Quod si quis putat in vno ordine, quem Cicero ad res iudicandas requirit significat, simul cum equitibus tribunos ararios intelligi, opinione fallitur, eam senatores, equites, tribuni ararij, non ordines duo, sed tres à scriptoribus antiquis appellatur: itaq. Pedianus in commentario Cornelianae, L. Cotta, inquit, lege sua iudicia inter tres ordines communicauit, senatum, equites, tribunos ararios: & in commentariis duarum orationum, in Pisonem, in extremis, pro Milone, in principio. Lex Vatinia secuta est. tulit enim cam, ut opinor, P. Vatinus tribunus pl. Caesare & Bibulo cons. qua sententia, nondum inuenire potui: Sed fuisse popularem, cum Vatinus senatum, senatus illum vehemeter oderit facile possum existimare. Lex Pompeia, quam tulit Cn. Pompeius Magnus in consulatu 11, nihil ab Aurelia de tribus ordinibus discrepabat, (nam postea de tribus ordinibus iudicantibus exempla multa sunt, maximèq. apud Pedianum) sed ex amplissimo censu, & centuriis legi iudices iubebat. Iulia, quam C. Iulius Caesar, rerum potitus, tulit iudicia ad duos gentes iudicium redegit, equestrem ordinem, ac senatorum tribunos ararios, quod erat tertium, sustulit. Antonia consularis, M. Antonij, qui 11 vii fuit, hoc sanxit, ut ad duas iudicium decurias accederet: restia de centuriationibus, hoc est, ut cum equitibus, & senatoribus tertium enim ordinem tribunos ararios lex Iulia sustulerat) centuriones iudicaret. quod genus hominum ne superiores quidem leges, Iulia, Pompeia, Aurelia, iudicandi iure excluderant, sed praescripserant, quo censu eos esse oportere: sicuti senatoribus quoque, & equitibus, & tribunis arariis census erat praefinitus: cum in iudice, ut ait Cicero, & fortuna spectari deberet, & dignitas. Antonij verò lex plus aequo impudens & dissoluta, quae rationem censuum nullam habuit, omnibus, quicunq. ordinem duxissent, iudicandi potestatem permisit. atq. hanc Antonij legem de tribus decuriis non esse abrogatam, cum ille hostis iudicatus esset, cum eiusdem legem de sacerdotibus abrogatam esse videam, & Suetonio cognoscitur: qui in Augusto ita scripsit: Ad tres iudicium decurias quartam addidit, ex inferiore censu, quae ducentariorum vocatur, iudicantemq. de leuioribus summis. Hae de ordine iudiciorum, pro varis legibus, variis. De numero autem iudicium, lex Gracchi c. c. fecit, omnes ex equestri ordine, totidem, quos antea senatores iudices fuerant: lex Drusi c. c. equites, & c. c. senatores, numero pari: lex Plautij d. x. x. iustit enim ex singulis tribus, quae x. x. v. erant, quinos decenos creari: lex Syllae c. c. ordines ex ordine senatorio. lex Aurelia cum lege Syllae de numero, ut opinor, congruebat, cum in ordinibus discreparet. nam libro epist. fam. v. 11, de iudiciis c. c. c. cum lex Aurelia seruaretur, mentionem fieri video. quod si ita est, auctam deinde numerum esse lege Pompeij, vere dicemus: quia Vellicus auum suum inter c. c. & x. x. à Pompeio lectum esse narrat, eundemque numerum Plutarchus in Pompeio tradidit. lex Caesaris, cum de tribus ordinibus vnum, ut diximus, sustulit, numerum simul iudicium, vrego sentio, commutauit. lex Antonij cum tertiam decuriam addiderit, satis liquet, eorum, qui res iudicarent, amplioem numerum esse factum. quem rursus & ab Augusto esse auctum cum ad tres decurias quartam addidit, facile cognoscitur. De iudicium aetate legem fuisse, ne quis interea x. x. aetatis annum iudicaret, facile possum ex eo coniectare, quod Suetonius de Augusto scripsit: Iudices à x. v. aetatis anno elegit, id est, quinquennio maritum, quam solebant. Cassitatus quidem iuriconsulatus, lege Iulia cautum esse, ait, ne minor annis x. x. iudicare cogere, neque minorem annis x. x. compromissum iudicem liceret eligere. Sanxide eadem legem, ut opinor, de numero patronorum. nam ante L. Domitij Ahenobarbi & Ap. Claudij Pulchri consulatum raro quisquam pluribus, quam quatuor, patronis usus erat. his consiliis M. Scaurum de repetundis accusatum, lex defenderunt. eoque progressa res est, ut eadem causa post bella

ciuitia nonnunquam à duodecim patronis ageretur. cui licentia, vt in Pediano scriptum est, C. Cæsar dictator lege modum imposuit. Et fortasse idem Cæsar, qui in lege de numero patronorum, in eadem eulie de ratione iudicandi, quod Gellius lib. x. i. 11, cap. 11. significare videtur his verbis: Atque in rerum quidem diffinitionibus, compendiationibusque, & aliis quibusdam legitimis in rebus ex ipsa lege Iulia, & ex Sabini Massurij, & ex quorundam aliorum iurisperitorum commentariis communis sumus. Legimus etiam apud Priscianum de lege Latoria, quæ minore annis x. v. stipulari verbat. Addatur aliquid de personis, quæ facinus iudicare possent, & de causis, in quibus possent, tum de iudiciis, deque testimonij dicendi potestate. ac primum illud ponatur, legibus eos iure iudicandi non esse excludos, quos ignominia censores notassent. id Cicerio significat his verbis in oratione pro Cluentio. In omnibus legibus, quibus exceptum est, de quibus causis aut magistratum capere non liceat, aut iudicem legi, aut alterum accusare, hæc ignominia causa prætermissa est. immortis enim causam, non vix potnam in illa potestate esse voluerunt. & ibidem paulo post: Prætoris vrb. qui iuri debent optimum quemque in selectos iudices referre, nunquam sibi ad eam rem censoriam ignominiam impedimento esse duxerunt. Postea tamen inductum video lege Iulia, vt senatu moti iudicare non possent. quod & lege Cassius, de senatoribus, traditum est, & Paulus quoque, vt proxime docuimus, significat. Turpi autem iudicio damnatus ademptum esse iudicandi potestatem, idem Cicerio in eadem oratione, paulo ante, demonstrat. Quod si, inquit, illud iudicium putaretur: vt ceteri, turpi iudicio damnati, in perpetuum omni honore, ac dignitate priuantur, sic hominibus ignominia notatis neque ad honorem aditus, neque in curiam reditus esset. turpia, vero, famosaque iudicia erant, calumnie, præuaticationis, furti, vi bonorum raptorum, iniuriarum, de dolo malo, pro socio, mandati, tutelæ, depositi, & alia quedam à Iuliano memorata digesti lib. 1. 1. 1. Pamosos etiam, non minus, quam qui turpi iudicio damnati essent, Pegasus & Nerua filius eos iudicant, qui quæstus causa in certamina descendissent, aut propter præmiu in senam prodissent. athletas autem, quia ludicram autem non facere, sed victus gratia exerceri viderentur, infamia liberabant Sabini & Cassius, quæ scripta sunt apud Vlpianum. Præterea, cum ab eodem ita traditum sit lib. digesti. x. 1. 11, qui iudicio publico damnatus esset, eum ius accusandi non habuisset, nisi si libertorum, vel patronorum suorum mortem, vel rem suam exequeretur; consentantur videri potest, eundem iudicandi munere exclusum, quanquam ad rationem accedit auctoritas. nam ita scriptum postea competi apud Marcellum iuriconsultum. Omnes etiam de vi priuata damnatos iudicare lex Iulia prohibebat. quæ de re Martiana his verbis lib. dige. x. 1. 11: De vi priuata damnata pars cetia bonorum ex lege Iulia publicatur: & cautum est, ne senator sit, aut decurio, aut vilius honorem capiat; neque in eum ordinem fideat, ne ve iudex sit. Huc illa pertinent, quæ tradita sunt à Paulo iuriconsulto: quæ seruata credimus etiam reip. temporibus. nihil enim à iure, aut æquo dissentiant. Quidam, inquit, lege impediretur, ne iudices sint, quidam moribus: quidam natura natura, vt furdus, mutus, & perpetuo furiosus, & impubes, quia iudicio caret: moribus, vt stultus, & ferus; non, quia non habeant iudicium; sed, quia receptum est, ne ciuilibus fungantur officiis: lege, qui searum motus est. qui vero possunt esse iudices, nihil interest, in potestate, an sui iuris sint. Cum iudicibus recte coniunguntur testes. itaque subiectionibus ea, quæ de testimonio dicendo idem Paulus tradidit. Lege, inquit, Iulia, & Papia iudiciorum publicorum cauetur, ne cui inuito denuncietur, vt testimonium dicat aduersus fœderum, generum, vitricum, priuignum. Cassius etiam Longinus, cuius libri non extant; sed eorum testimonio Martiana digesti lib. 1. vitur; putabat, ei, qui obcurpiudinem senatu motus, nec restitutus esset, non licere neque iudicare, neque testimonium dicere: quia lex Iulia repetundarum casieri veraret. Calumniam damnatis publico iudicio quid liceret, satis aperte Papiniani præclara sane verba demonstrant. Quæstum, inquit, iudicio, ut in publicis iudiciis calumniam damnati testimonium iudicio publico perhibere possint. sed neque lege R. hemmia prohibetur: & leges Iulæ de vi, repetundarum, peculatus eos homines testimonium dicere non vetuerunt. verumtamen, quod legitimum, ommissum est. non omittitur religione iudicantium: ad quorum officium pertinet, eius quoque testimonij fidem, quod integra fronte homo dixerit, pendere. Mulieribus quoque videtur licuisse testimonium dicere: si quidem, non licuisse de adulterio damnatis, Paulus indicat his verbis: Ex eo, quod prohibet lex Iulia de adulteris testimonium dicere condemnari mulierem, colligitur, etiam mulieres testimonium in iudicio dicendi ius habere. Dictum est de iudicio, & testimonio: superest de iudicio. Senatori iudicium profiteri saluis legibus non licebat. aliis impunita dabatur, nec tamen omnibus in causis, sed prodictionis, maiestatis, & siquid huiusmodi: in causis repetundarum non dabatur: itaque nec per iudices agi solitam esse legimus. Non est ab hoc genere aliena Memmia lex: quæ, si vocarentur in iudicium ii, qui reip. causa abessent, eorum recipi nomina verbat. itaque C. Cæsar, cum in prouinciam, peracto consulatu, abiisset, & ab L. Antistio tribuno pl. Romæ appellatus esset, appellato collegio obtinuit, ut, cum reip. causa abesset, reus fieret. Non abhorret à legibus de iudiciis lex illa, quam C. Calpurnio Pisone, M. Acilio Glabrione cos. C. Cornelius tribunus pl. tulit, vt prætores ex edictis suis perpetuis ius dicerent: cum antea, vt quisque, auaritia, aut ambitione duceretur, varie ius dicere consueverat. de quo scriptum est apud Pedianum in commentario Cornelianæ. Soriebantur autem iudices de tribus ordinibus, id est Senatoribus, equitibus, tribus ætatis, primum quæstores vrb. deinde prætor vrb. ita fiebat, vt non modo prætorij, verum etiam consules interdundum vna cum iis, qui nullos gesserant magistratus, iudicarent. Dies autem, quos reo prætor dabat, vt aduocet in iudicio, decem erant. Sic lib. 1. 11 ad Qu. fratrem: Decimus erat Cælio dies. & Pedianus in commentario Cornelianæ, Cum, inquit, L. Cassius prætor decimo die, vt mos est, reum adesse iussisset, eoque die ipse non affuisset: circumueniunt ante tribunal eum accusatores à notis operaturum ducebant. Ex no-

libro de legibus Romanis, & ex commentario ad Q. fratrem.

L. A. P. D. V. M. finalium genera apud eos qui de limitibus scripturunt, multa repetiuntur. sunt enim hæc verba. Lapis fluuialis, cromaticus vocatur, lapis tiburtinus, cæsius dicitur. verminus coctus testaceus, v. l. ageris dicitur. lapis albus siliceus, si paribus fuerit, Gallienus nuncupatur. mixtam venam habuerit, ignifer nomen habet, nam in aliis quibus locis terminos non dolatos posuimus, & nihil illis subter addimus. lapis gammatius dicebatur, in quo forma gammatæ, græcæ litteræ appareret; qui pentagoni recipiebatur rationem. vnde & gamma trermini dicebantur.

L. A. T. I. N. A. E. feris dicebantur, cum ex populis Latinis vici simul & mulieres in montem Albanum hostias adducebantur, & quadriano sacrificio facto, accepta carne in suam quisque ciuitatem digressi reueriebant. ea dicta visceratio, quoniam ex hostiis carnes in partes casæ distribuerentur. viscerationem mox & Cæsar populo dedit, vt apud Suetonium legimus. Ferias autem Latinas, maximo Romanorum Latino rumque magistratum conuentu, consules procurabant. interea eum populo agere non licebat: vt ob eam causam Latinæ aliquando à consulibus instaurarentur, cum tribunus pl. obfisteret. vellent, populares leges, & reipub. perniciosas, sette cupientibus. itaque ad Quinctum Fratrem lib. 11, Consul inquit, Lentulus dies comitiales exemit omnes, nam etiam Latinæ instaurantur: nec tamen decrant supplicationes, sic legibus perniciosissimis obfisteret, maxime Catonis. Instaurabant Latinas etiam Pontifices, vt Lucretius libro x. x. 11, tradidit. id autem fiebat, qualiter, faciendis iis, aut prætermisum aliquid esset, aut, quod non oporteret, committisum. Primus eas in vnum diem Tarquinus Superbus instituit. secundus dies addidit, pulsus regibus: tertius post secessum in Auentinum quartus, plebe & patribus à dictatore Camillo in concordiam reductis. In eo meam fluctuare sententiam fateor, conceptuæne an statius feris fuerint Latinæ. si Vatonem, & Macrobum sequamur, antiquitatis vtunq; peritissimum conceptuæne erant, non statim, concipiebantur; in dies vel certos, vel incertos. Lucretius tamen statuas indicat fuisse, cum ait libro x. v. Romæ consules prætorisque vtiq; ante diem v. cal. Mai. Latinæ tenebant. eo die perpetrato sacro in monte, in iuas quisque prouincias proficiscuntur. Non enim simile veri est, consules, cum victor Annibal vastaret Italiam, consilio in v. cal. Mai. qui dies à primo iugit magistratus die, hoc est ab idibus Martij, x. 11, diem unum spatio distat, Latinas distulisse, vt ipsi sibi diuina in vrbe mansionis necessitatem imponerent: cum ite in prouincias neque consulibus, neque prætoribus liceret, nisi Latinatum sacro perpetrato, aut igitur eas è statu in ordinem conceptuarum postea transisse credendum est: aut latentem causam alij perfererentur. Ex nostris commentariis in epit. ad Att. & ad Q. fratrem.

L. A. T. I. N. A. E. qui sui negotij causa, vt exigenda pecunie, visitandi templa deorum, abesse ab vrbe diutius volebant, legatione libera à senatu impetrata, vtebantur. erat autem ex hoc genere votua legatio. nam ad Atticum lib. 11, Libera, inquit, legatio voti causa datur. Harum legationum definitum fuisse tempus, lege à C. Cæfare lata, ostenditur his verbis lib. x. v. ad Att. Et habent, opinor, liberæ legationes definitum tempus lege Iulia; nec facile addi potest. ante legem Iuliam annum fuisse tempus lege ea quam consul M. Cicerio tulit, ipse declarat lib. 11, de legibus. Hoc, inquit, genus legationis ego consul, nisi mihi leuissimus tribunus pl. intercessisset, sustulissim: tamen minuit tempus, & quod erat infinitum, annum feci. quo in loco liberæ legationes, quæ turpes, nec satis aut ordine senatorio, aut repub. dignas, multis verbis exagitat. Nomen autem liberæ legationis inde ortum videtur, quod, introire in urbem, & rursum exire, liberam legationem habentibus liceret. quod eodem in loco ostenditur, quem attigit iam, lib. x. v. ad Atticum. quæ porro honores, qui extra urbem gererentur, ingrediuntibus in urbem deponerentur. Ex commentario nostro ad Q. fratrem.

L. A. T. I. N. A. E. in quavis legione erant, ætas prima, triariorum, iactera, principum, tertia, hastatorum, viatica, velum, quæ velibus exceptis, diuidebantur singulis in decem centurias: singulis autem centuriis primariis centuriones præerant: & in triariis ita appellabantur, primum pilum, secundum pilum, tertium pilum, & deinceps vtiq; ad decimum pilum, in principibus, primus princeps, secundus princeps, vtiq; ad decimum, in hastatis, primus hastatus, secundus hastatus, item vtiq; ad decimum. duces appellabantur, primi pili centurio, primi principis centurio, primi hastati centurio, & ita vtiq; ad decimum. velites vero in has triginta centurias pro rata parte distribuebantur. Cicerio in epit. ad M. Brutum, Nasennius, inquit, octauum principem, id est octauam centuriam principum, duxit, Metello imperatore. Ex nostro commentario ad Q. fratrem.

L. A. T. I. N. A. E. In vrbe Roma nec nisi à magistratibus, nec nisi comitiis ferebantur. sed, quia nec vnus magistratus, nec vna comitia erant; verum ab vno, an ab omnibus magistratibus, & vtrum vnus, an omnibus comitis ferebantur, aperitum non videtur. Ferebantur leges à magistratibus maioribus quatuor, vno minore: à maioribus, prætoribus, & consulibus, qui ordinarij magistratus erant: item à dictatore, & inter reges, qui maiores quidem, ordinarij tamen magistratus non erant: neque populi comitis creabantur. censor autem, etiam erat inter maiores magistratus, ius tamen ferendæ legis, aut habendorum comitorum non habebat, minor magistratus, qui leges ferret, tribunus pl. erat. nam adiles curules quæstores, adiles pl. 11. viti capitales, 11. viti moneræ eundem, tribuni militum tam Rufuli, quam Comitiis, etiam magistratus erant, leges tamen non ferebant. legistatibus autem vel tribus comitis, vel centuriatis, vel etiam, vt in imperio mandando, & in adoptionibus, curiatis legem ferebant. si tribus aut cum S. C. aut sine: si centuriatis, & S. C. semper. plus omnino dignitatis, atque auctoritatis in centuriatis, sed potestatis non minus erat in tributis. æque enim populus vniuersus tenebatur iis legibus, quæ tribus comitis ferebantur, atque iis, quæ centuriatis: idque sancitum esse lege à Q. Hortensio dictatore lata, Lælius Felix memorat prodidit: cum ante iure eo, quod statuisset plebs, patricij non tenerentur. non enim aduocate patricios tribuni pl. neque ad eos referre vlla de re poterant. ita ne leges quidem proprie, sed, ple

sed plebsita dicebantur, quæ tribunis pl. ferentibus accepta erant. Hortensius, quæ rogata plebs sanxisset, ea pertinere ad omnes Quiritis voluit: siue, ut iura plebs augeret; cum plebs ipse esset: siue villi reip. consilio; quod in libera ciuitate dissimilem ciuium conditionem discordia femina putaret. Legem laturus magistratus, scribebat eam domi, & cum prius consultabat, ne quid contra populi rem, aut voluntatem sanciret: ne forte pugnantia capita simul ferret; neque quid, quod vetus aliqua lex, si ferretur, inane infirmumque iuberet esse: & si, quæ postea ferretur lex, superiores omnes, præter sacras, abrogabat) ne curationem, potestatem, commodumque aliquod ipse sibi sua lege, aut collegis, cognatis, affinis mandaret: quod leges dux, Licinia, & Acutia, fieri viderentur contra quas leges fecit P. Clodius: tulit enim, quod in oratione pro domo sua; tum, faciendum non esse, indicat idem in suarum legum lib. 111. his verbis: Qui agent, non plus quam de singulis rebus consultunt. nam, consultum est, populum rogante. consultum enim populus, cum lex rogatur: itaque in oratione pro Milone, Nihil, inquit, de eius more populus consultus, nulla quæstio decerata à senatu est. & pro domo sua: Si populus de illa re consultus esset. & Festus: Rogatio est cum populus consultatur. Addebatur illa exceptio; ut, si quid ius non esset rogari, ne esset rogatum. quod in oratione pro domo notaui: item: si quid contra alias leges eius legis ergo latum esset, ut ei, qui eam legem rogasset, impunitus esset. quod fuisse translatum, hoc est, scribi solitum in omnibus legibus, tradit Cicero libro 111. epist. ad Atticum. Hæc igitur, quæ proposui, quasi legitima à bonis viris in ferenda lege omnia cauebantur. sed, ubi rationem vici libidinis præter bonorum consuetudinem, nihil præter suam potentiam, & vilitatem in lege spectare. ideo sæpe leges Clodij, aut Vatini, alienas à more maiorum, acerbe reprehensas à Tullio videmus. Scripta lege, legislator bene de republica sentiens, antequam eam promulgaret, secebat ad senatum; ut, quo plus ponderis maiorisq; vim lex haberet, de senatus eam sententia ferret: popularis verò, ac seditiosus magistratus sæpe, prætermissa senatus auctoritate, aut etiam contra senatus auctoritatem, legem rogabat. Promulgabatur deinde lex, id est, in publico ponebatur. est enim promulgare, ut ait Festus, quasi promulgare. id autem & fiebat, ut inspicere qui vellet, inspectam consideraret. non solum, ut intercedi posset ante, quam ferretur; verum etiam, ut aliquando ante statuere cuius liceret, verum, cum ferretur, antiquanda, an accipienda lex esset. adde etiam illud, ut quis monere legislatorem posset vel de corrigenda, vel omnino de non ferenda lege. Sparium autem promulgationis, vt ex Dionysio, & aliis patet, quæcumq; de ferretur lex, erat trinumidum, id est per trinas nundinas, cum enim nundinarum causa ex agris in vt bem ciues conuenirent; per trinumidum leges patere, vt à rustica plebe ter legi cognoscere possent, voluerunt. quod cum M. Antonius non seruasset, inuicitur in eum Cicero Philippica 11. his verbis: Vbi lex Caecilia, & Didia; ubi trinumidum; idem pro domo sua: Hora fortasse sexta dici questus sum in iudicio, cum C. Antonium collegam meum defenderem; quædam de rep. quæ mihi visa sunt ad illius miseri causam pertinere, hæc homines improbi ad quosdam viros fortes longe aliter, atq; à me dicta erant, derulerunt. hora nona, illo ipso die tu es adoptatus, si, quod in ceteris legibus trinumidum esse oportet, id in adoptione satis est trinum esse horarum: nihil reprehendo. si eadem obseruanda sunt; vt decreuit senatus M. Drusi legibus, quæ contra legem Cæciliam & Didiam latæ essent, populum non teneri iam intelligis, omni genere iuris, quod in sacris, quod in suspiciis, quod in legibus sit, te tribunum pl. non fuisse. Neq; verò trinumidum ita interpretor, ut, ipso trinarum nundinarum die latas esse leges existimem: cum & Macrobius lib. 2, Comitum nundinas haberi non potuisse, neq; concione aduocare, id est cum populo agere, licuisse, veterum testimonio probet: & Festus, nundinas non solum inter ferias, sed etiam inter nefastos dies apud antiquos fuisse dicat; inter ferias, ne cū populo agi liceret; inter nefastos dies, ne lege. Nundinas, inquit, feriarum die esse voluerunt antiqui; quod iusticiæ mercedi vendendi; causam in vt bem conuenirent; cumq; nefastum, ne, si liceret cum populo agi, interpellarent nundinarum. Aliud autem erat, cum populo agere; aliud, lege agere. cum populo agere, populum, est, ad consilium, aut concilia vocare, ut ait Festus: lege agere, ius experiri, in iudicio contendere. libro etiam 111. epist. ad Att. per duos nundinarum dies neq; comitia esse habita, neq; concionem vllam, his verbis Cicero declarat. Ante x. cal. nundinæ. concio biduo nulla. trinumidum igitur in eam sententiam dictum accipio, vt inter eum diem, quo promulgata lex erat, & eum, quo deinde ferretur, trinz nundinz intercederent; quo & sæpius, & à pluribus, urbem mercandi vendendique causa visitantibus, promulgata lex cognosci posset. Post tertias nundinas, magistratus in eum locum, ubi legem laturus erat, siue in forum, siue in campum Martium, populum conuocabat: ubi eum legem præco, subiiciente scriba, recitasset; tum, (forte etiam in toto trinumidino, quousque populus coisset, vel suadebant legem, vel dissuadebant: sed, maxime, ac vehementer fieri solitum quo die ferenda lex erat, consentaneum est) primum quidem is, qui legem promulgasset, populo suadebat, vt rogationem acciperet; sed post eum alij, non priuati modo, quibus ab aliquo magistratu concio daretur, (nam aliqui concionandi potestas priuatis non erat) verum etiam quandoq; magistratus, pro suo quisq; sensu, vel suadebant, vel dissuadebant: suadentem rogationis eum, qui rogabat fuisse, ita verisimile est, vt exemplis, quæ multa suppetunt, mihi esse vendum in re minime dubia non existimem, quod autem minus verisimile est, vt aliquis eius rogationis, quam ferret, ipse dissuasor fuerit: id nisi testimoniis probem, credibile non erit. atq; hoc eum fiebat, cum magistratus non è sua, sed è senatus sententia rogationem fererebat: neq; enim prohibebat dissuadere ad populum, quod non probauerat in senatu. Plonius consulis exemplum habemus in epistola, Vereor, ad Att. lib. 1. Pifo, inquit, consuli,

latur rogationis, idem erat dissuasor. quod Attico, vt nouum & iniquum scripsit Cicero; cum suadere suas rogationes reliqui solerent. vnde illud Attici ad Ciceronem lib. 11 de legibus: Suade igitur, si placet, ipsam legem, vt ego. Vti rogas, possim edicere. loquitur enim Atticus cum Cicrone, vt cum magistratu legem rogante. & quemadmodum in eo libro personam Cicero fuisse magistratus legem rogantis; quod proxima superiora verba declarant; Si quæ forte leges à me hodie rogabuntur, quæ non sicut nostra rep. nec fuerint, tamen erant sere in more maiorum; qui tum vt lex valebat; sic Atticus eum agere de ipsa lege suffragium ferentem. quod indicat illud: Vt ego, vti rogas, possim edicere. refert enim modum illum tabellarum, quibus scribebatur lex: quæ his duabus erant literis signata, V. R. id est, vti rogas: cum ex, quibus lex recitabatur; vna litera, A, essent inscriptæ: quæ valebat, antiquo, hoc est, nihil nonari volo, antiqua proba. Priuatis legem concionam de donis & muneribus Q. Fabius Maximus suasse, Ogulniam de sacerdotibus P. Decius Mus, Vocationem de hereditatibus M. Cato ille censorius, Corneliam de reditu Ciceronis Cn. Pompeius. Nec verò, qui priuati item leges dissuasent, inuenire non facile est. exemplum habemus in oratione pro lege Manilia, Q. Hortensij in libro de amicitia, C. Lelij, & minoris Africani. Manilia legem, de bello Mithridatico Cn. Pompeio fuisse ordinem mandando, dissuasit Hortensius: Papiam, de tribunis pl. rescindendis, Lælius, & Africanus. atq; hanc ipsam consuetudinem, vt priuati legem suaderent, aut dissuaderent, indicat Lilius lib. xlv. his verbis: Ita traditum erat, ne quis prius intercederet legi, quam priuatis suadendi dissuadendiq; potestas facta esset: quo melius aut commodius leges aperirentur, aut vitia, quo per sepe euenit, vt aut ij, qui ad intercedendum venerant, desisterent; aut intercederent, qui non profecti essent se intercessuros. eodem libro infra: Cum in Capitolio rogationem eam Ti. Sempronius ferre vellet; & priuatis legem dicendi locus esset; neq; ad suadendum, vt in re minime dubia, quicquam procederet: Ser. Galba repente processit. item Cicero in oratione pro C. Cornelio; cuius extant reliquæ quædam, cum Alconij commentariis editæ. Est, inquit, ius vetandi, dum priuati dicunt, dum sitella desit, dum quantor fortes, dum sortitio sit. quibus in locis cum & Lilius & Cicero de folis priuatis meminerint; non tamen eam potestatem folis priuatis fuisse debemus existimare. pattem enim pro toto posuerunt; quia priuati & sæpius, & plures, quam magistratus, aut pro lege, aut contra legem edicere solerent. Magistratu porro vel suadenti vel dissuadenti legem exempla habemus hæc. M. Porcius Cato, ille sapiens, prætor Lucianum de cooptatione sacerdotum ad populum transferenda dissuasit. legem Maniliam prætor Cicero luculenta, quæ erat, oratione suasse: Agrariam Rullij iis, quæ extant, orationibus contul idem dissuasit. Verum hæc, quæ paulo longius, vt illustriora fierent, produxi mus, paucis admodum verbis libro de Legibus 111. Cicero comprehendit. Populum, inquit, docento, doceri à magistratibus priuatisq; patiuntur. in quo significatur, vt & ipsi magistratus, qui legem ferent, doceant, hoc est de ipsa lege dicant, & dicere alios quoq; tum magistratus, tum priuatos patiantur. Infra verò, eodem libro, cum dixit, De promulgatione, de singulis rebus, de priuatis, de magistratibus addendis; priuatos posuit ante magistratus, cum supra primum magistratus, deinde priuatos nominasse. quod si ad veritatem ordo referatur; prius nominari priuatos, deinde magistratus oportuit. prius enim priuatis locus in suadenda dissuadendaue lege ideo datus est, ne, si eos, qui magistratum gerebant, ante audirent, ab iis dissentire non auderent, idque Dio historiz suæ libro x x x scriptum reliquit. quos autem suadere, aut dissuadere leges solitos fuisse diximus, eos in oratione pro Flaco legis auctores Cicero appellasse auctores intelligat vel accipienda legis, vel antiquanda. Hæc de suadentibus dissuadentibusq; lege. nunc de loco, vnde suaderent aut dissuaderent. Nemo ad populum, nisi de loco superiore, concionabatur, siue is priuatus esset, siue magistratus administraret. id autem ob eam causam, quo longius à standibus in concione tum exaudiri vox, tum intelligi verba possent, concionabantur igitur, si in foro, de Rostris, quæ ad Comitum fuisse, prope iuncta curiæ, Pedianus ait: si in campo Martio, vel alibi, de suggestu, aut editore aliquo loco, concionati autem magistratibus pro ea, quam habebant, potestate, omnibus licebat: priuatis, quod iam diximus, nisi concionem, id est concionandi potestatem, à magistratu aliquo acciperent, non licebat. & quia sæpius in foro, ubi Rostra fuisse diximus, quam in campo, leges ferebantur: ideo sæpius pro Rostris, quam in campo, conciones habebantur: multo enim plures tribus comitiis, quæ legum quidem causa, in foro, interdum & in capitolio habebantur, quam centuriatis, quæ in campo, latas esse constat; cum tribunus pl. qui comitia tributa, non ceteri tribus, habebat, facillime ad leges rogandas adduceretur, quippe qui leges non ferrent ex senatus auctoritate: quod necesse erat de legibus centuriatis. Cum suaserant, dissuasent e legem primo loco magistratus, qui legem fererebat, secundo priuati tertio reliqui magistratus; tum præsentibus sacerdotibus, vt scribit Dionysius, & diuina exponenibus, sitella, quam nominat Pedianus, deferrebat: unquam huc tribuum, si tribus comitiis lex ferretur, siue centuriatum, si centuriatis, nomina concionabantur: deinde, sortibus æquatis, hoc est, ita agitata sitella, ne qua fors subleuaret, atq; existeret, sed pariter omnes æquaræ iacerent, sortitio fiebat; quæq; prima vel tribus, vel centuria, quæ secunda, quæ tertia de sitella exisset, eundem, quem fors dederat, in suffragio ferendo locum atq; ordinem tenebat. hæc dum agerentur; si quis tribunus pl. legi vellet intercedere, locus erat. nunquam autem ante suasionem dissuasionemq; legis intercessionem fuisse, declarant illa proxime recitata, quæ Lilius lib. xlv. Cicero in oratione pro C. Cornelio tradiderunt. Er quoniam de intercessionem, quæ legem impediret, mentionem facimus: (neque enim legi tamen, verum & senatus consiliis, & prætorum decretis, aut iudiciis intercessum esse, animaduertimus) omnibus de causis, quæ, quo minus promulgata lex perferri posset, impedimento fuerunt, dicendum nobis est. Hæc quinq; traduntur: prima, intercessio; cum tribunus pl. quorum proprie intercedendi ius erat, edita voce illa, Veto, de qua meminit Lilius, intercedebat: cuius generis exempla

supperunt, altera, cum is, qui promulgaret, vel amicum precibus adductus, vel senatus auctoritate commotus, vel ipse sua sponte consilium mutabat: quod C. Manilius, & L. Cæcilius, uterque tribunus pl. diuersis temporibus fecerunt, ille in lege de libertinorum suffragiis, hic in ea, quam de minuenda ambitus pena promulgauit. Tertia ratio fuit, cum, neque intercedente tribuno, neque eo, qui promulgauerat, consilium mutante, comitiales dies, id est eos, quibus agi cum populo licebat, consul eximebat, vel supplicationibus decernendis, vel festis indicendis, non solum iis, quæ Latius dicebantur, quas indicare soli consules poterant, sed etiam iis, quæ imperatiuræ, quas non modo consulibus, verum etiam prætoribus ipsorum arbitratu licebat imperare: quo genere vsum esse Marcellinum consulem, ut C. Catonis tribuni pl. legibus obstitit, videmus in epistola, Placiturum, lib. 11. ad Quintum fratrem. Quartam causam, quæ & ipsa comitis, quæcunque de re haberetur, impedimento esse, obnuntiationem inueniunt: quam omnes plane magistratus, ut ego arbitror, habebant. nam, quod oratione secunda in Antonium ita legitur: Nos nuntiationem solum habemus, consules, & reliqui magistratus spectionem: duas dictiones. Nuntiationem, & spectionem, alteram alterius sedem occupasse, facile crediderim: ut augures spectionem duntaxat habuerint, magistratus si modo augures essent, ut erat Antonius, idem consul, & augur, simul cum spectione etiam nuntiationem, hoc est obnuntiationem, id est, cum ad ipsam Ciceronis sententiam magis quadrate, qui diligenter animum intenderit, intelligitur: cum Festus Pompeius ita esse, deprauatis ille quidem verbis, satis tamen aperte significat in dictione spectione legamus igitur in ea oratione sic: Nos enim spectionem solum habemus consules & reliqui magistratus etiam nuntiationem. ut augures intelligit, cum, Nos, dicitur etiam ipse augur: cum verò, Consules, subiicit, in eo notet Antonii consulis infestitatem, qui se id auguratus iure posset diceret, quod, quia consulatum gerebat, multo facilius putaret. præterea, ut de magistratibus obnuntiationibus, ita de auguribus de celo seruantiibus haud parum spec legimus, quod quidem spectionem significat: quæ tolleretur, si verum illud esset, Nos nuntiationem solum habemus. Quod si quis dixerit, idcirco verum esse, nuntiationem solum habuisse augures, quia spectionem, nisi iussu magistratibus, non haberent: facile refellitur. nam si augurum spectionem non est: quia pendet à magistratu voluntarie nuntiationem quidem erit, quia pendet à spectione qui enim esse potest nuntiationem, nisi spectione antecedit? præterea, si spectionem augur non habet, nisi iubente magistratu: ne nuntiationem quidem habet, nisi eodem iubente. neutram igitur habebit: quando quidem non ipsius, sed magistratus in vtriusque potestas est. quomodo igitur consistit illud, Nos nuntiationem solum habemus: siue nuntiationem pro nuntiatione, siue pro obnuntiatione accipias? Quinta impedimenti ratio fuit, cum de calo vel fulgebatur, vel tonabat. erat enim in augurum discretissima, ut, loue fulgente, tonante, comitia dimitterentur. quo genere impedimenti Pompeius Magnus in secundo consulari, ne M. Cato prætor crearetur, comitia dissoluit. R. deo ad institutum. Sortitione tribuum aut centuriarum facta, dicebat is, qui legem ferebat: Si vobis videtur, discedite Quiritēs, de quo Pediani verba subseribam. Cum, inquit, id solum superest, ut populus sententiam ferat, iubet vnumquemque is, qui fert legem, discedere. quod verbum non hoc significat, quod in communi consuetudine est, de eo loco, ubi lex fertur, sed in suam quisque tribum discedat, in qua est suffragium laturus. populus enim consulsus, ut semper alias, ita & in concione. Lilius autem libro 11, ubi de Terentia lege agit, idem significat, cum ait: quemadmodum se tribuni gessissent in prohibendo delectu, sic patres in lege, quæ per omnes comitiales dies ferebatur, impedienda gerebant. initium erat rixæ: cum discedere populum iussissent tribuni: quod patres se summoueri haud sinebant. Cum igitur, de concione iussu discedere, in suam quisque tribum, aut centuriam abiissent: priuatos homines inuenio, qui de lege laborant, non modo populum, vel legem acciperet, ante lata suffragia rogasse, verum etiam, ne quid fallaciarum committeretur, ipsos aut tabellas distribuisse, aut distribuentibus aliis præfuisse, id est, distribere, proprio vocabulo dicebatur. quod munus quia fere obiri curarique ab iis solet, qui neque ætate graues, neque gestis honoribus insignes admodum essent, id sibi & sibi, & à dignitate præstantibus præcipue contigisse, gloriose commemorat Cicero in Pisonem. Hoc, inquit, certe video, quod indicant tabellæ publicæ, vos rogatores, vos distributores, vos custodes fuisse ea bellarum: & quod in honoribus vestrorum propinquorum non facitis, vel ætatis excusatione, vel honoris in salute mea, nullo rogante, vos vestra spœce fecistis. eodemque verbo eadem de re vltus est in oratione post reditum in senatu. Nec dubito, quin legendum sit, Distribuantur, non Distribantur, in ea in Pisonem, in eo loco: An expectas, dum de te & xv tabellæ diripiuntur? Plinius quoque libro xxv, cap. xv, hoc verbum vltus est. Hic est, inquit, ille domitor orbis populus, qui gentes & regna diribet. Cistis autem suffragiorum custodiendis certos homines in comitis præfuisse, qui nongenti sint appellati, idem Plinius libro xxv, cap. 1, scriptum reliquit. Tabellis distributis, primo loco ea tribus, aut centuria suffragium ferebat, quæ, omnium tribuum, aut centuriarum nominibus in sortem coniectis, prima de fide, de qua iam diximus, forte exierat: cæq; prærogatiua dicebatur: quia prima rogaretur à magistratu, qui comitia habebat. At in prima tribu, aut centuria quis primus videlicet, quem magistratus legem ferens deligebat: deligebat autem, quem & dignitate præstare, & rogationis præter ceteros fauere iudicabat. vtriusque cognoscitur in oratione pro Plancio: in qua ita scriptum est. Nam quod primus sciuit legem de publicanis, cum, cum vir amplissimus consul id illi ordini per populum dedit, quod per senatum, si licuisset dedisset: si in eo crimen est, quia suffragium euitis, quis non tulit publicanos, si, quia primus sciuit: vtrum id fortis esse vis, an eius, qui illam legem ferebat?

si fortis, nullum crimen est in casu consulis, splendor etiam Plancii, hunc ab summo viro principem ordinis indicatum. quo constat, idcirco primum Plancium ad suffragium ferendum à Cæsare consule lectum esse, quia primus ordinis equestris iudicaretur, quod ipsum confirmat illa pro domo sua: Consulari homini P. Clodius, eueria repub. ciuitatem adimere potuit, concilio aduocato, conductis operis non solum egentium, sed etiam feruorum, Sedulo principe dixit enim, Sedulo principe, pro, primo omnium suffragium ferente. quod appetitus proxi me ostendit, cum ait: Sin autem is primus sciuit: erat enim quodam modo legis ornamentum, cum is eam sciscitabat primus, cuius in ciuitate non leuis esset auctoritas: quod est satis clare indicant ea, quæ ex oratione pro Plancio recitauimus: tamen in hac ipso pro domo sua idem sic illustrius subiungit enim post ea, quæ proxime ad exemplum attuli, non magno intervallo: Tu huius, ut acta tui præclari tribunatus hominis dignitate honestes, auctoritatem amplecteris. quasi Clodius Sedulij, tanquam clari hominis, nomen publicis in tabulis ad legem honestandam scripserit, aut fortasse etiam in simul cum ipsa lege incidisset. Cum igitur ab eo, quem magistratus ipse primum delegisset, desinere, ab aliis eiusdem tribus, aut centuriæ perlata suffragia erant: cum, suffragiis in vtriusque lenientiam dinumeratis, & quomodo veteres loquebantur, diremptis, numerisq; eorum punctis notato, eius tribus, aut centuriæ voluntas cognoscebatur, cæq; à præcone renuntiabatur: & eadem in reliquis tribubus aut centuriis ratione seruata, ex maiore tribuum centuriarum numero vel antiquabatur, vel sciscitabatur: lex æque antiquata quidem lege nihil est dicendum. sciam autem, atq; acceptam, omnium ciuium iureiurando confirmari solitam legimus. itaq; Q. Metellus, ille Numidicus, ne in legem Sarunini per vim latam iuraret, in exilium abire maluit, sibi que porius de patria, quam de sententia, decedendum putauit. quem anno post xxv imitatus non est M. Cato, is, quem Vitiensis historiis nominant: qui cum leges P. Clodij nullo neque iure, neque more rogatas putaret, in eas tamen iurauit, consilio vltus optimo, ut Cicero ait in oratione pro Sextio. nam ab eo, quod omnino ne fiat, fieri non potest, cum periculo discedit, temeritatis videtur esse. Post iurandum, in æs lex incidebatur: quod indicat Lilius libro 11 his verbis: Prius quam in vrbem consules egredierentur, leges decemvirciles, quibus tabulis duodecim est nomen, in æs incisas in publico proposuerunt. quod ipsum libro x. Dionysius confirmat, & Cicero in oratione 11. in Catilinam, Memoria teneris, inquit, Cotta & Torquato cons. complures in Capitolio turres de celo esse percussas: cum & simulacra deorum immortalium depulsa sunt: & statua veterum hominum deiecta: & legum æra liquefacta. quod ipsum verbum deinde persecutus est in secundo de consulari fin. ut libro 8 & 11 de diuinatione patet. eandem consuetudinem confirmant illa, quæ in 1 Philippica scripta sunt: Forum sepelitur: omnes clauduntur aditus: aruati in præfidiis multis in locis collocabuntur. quid tum? quod erit ita gestum, id lex erit, & in æs incidi iubebitis? quod etiam non multo ante dixerat: Quæ ille in æs incidit, in quo populi iussa perpetuassit, leges esse voluit: pro nihilo habebuntur? exemplis non egimus: sed vnum Suetonij, quod in C. Cæsaris vita legimus. quod ægeram rem multo etiam illustrius ostendit, apponemus. Marcus, inquit, Claudius Marcellus consul, edicto præfatus, de summa se rep. acturum, retulit ad senatum, ut ei succederetur ante tempus: quoniam, bello confecto, pax esset, ac dimitti debet victor exercitus: & ne absentis ratio comitis haberetur: quando nec plebs, nec Pompeius postea abrogasset. acciderat autem, ut is, legem de iure magistratuum ferens, eo capite, quo à petitione honorum absentes summoueant, ne Cæsarem quidem exciperet per obliuionem, ac mox, lege iam in æs incisa, & in ærarium condita, corrigere errorem. Ne illud quidem prætermittam, non in tabulis modo æneis, sed etiam in columnis incisas esse leges. de tabulis dubium non est: quas etiam aliquot, in hunc vsq; diem seruatas, ipsi vidimus de columnis autem Cicero pro Balbo sic: Cum latinis omnibus foras idem Sp. Cassio, Posthumus Geminio cons. quis ignorat? quod quid nuper in columna ænea meminimus post Rostri incisum & per scriptum fuisse. quia ipsa de re Lilius lib. 11. sic: Tantum sua laude obstitit famæ consulis Marcius, ut, nisi ferus cum latinis, columna ænea insculptum, monimēto esset, ab Sp. Cassio vno, quia collega abfuerat, idem, Posthumum bellum gessisse cum Volscis, memoria cessisset. & Varro, ut apud Macrobius legimus, antiquissimam legem in columna ænea scriptis incisas fuisse, cui mentio, intercalaris adhiberetur. nec deest Dionis in historia testimonium, qui lib. 11. columnas, quibus incise legeslegerentur, de calo tactas memorie prodidit. Scripta iam lege, promulgata, per lata, in æs incisa, (his enim quasi gradibus ad id, quod in lege vltimus, ac summum est, peruenimus) vnum restat, ut, ubi custodienda reponeretur, ostendamus. Scire igitur oportet, non eandem legum omnium fuisse rationem, sed aliquot, maximèq; tabulis æneis incisas. in publico proponi solitas, ut oculis ciuium paterent: quod exempla demonstrant, quæ verò æneis in tabulis essent incise, eas ad ærarium delatas, quod scilicet & S. C. ibi cum publicis pecuniis, omniumque publicarum rationum libris condita asseruabantur. erat autem ærarium in Saturni Opisth: templo: templum autem in vico Iugario, ad Capitolij radices: vnde septies millies & s, à Cæsare dictatore depositum, post illius interitum M. Antonius consul abstulit. & si tantum Opis in Philippica 1 & 11. ubi hac de re Cicero loquitur, mentio sit, quod duabus cellis simulacra Opis & Saturni separatim dedicata colebantur, & ad Opis cellam propius, quam ad Saturni, eam pecuniâ Cæsaris locasset, primis tamen reip. temporibus legem Iuliam in templo Dianæ, quod in Aëtino monte fuit, repositâ esse, legimus in historia Dionysij. Quæ ad rationem pertinet: de legis auctoritate, quæ fere ponderis alicuius esse viderentur, omnia, ut arbitramur, persequi sumus. perlatæ verò legis quæ vis esset, primum vtrum maxima deinde, & maxima, vtrum perpetua, breui differemus. Erat in lege summa vis, non solâ, quia, quod erat lege sancitum, eo Quiritēs omnes renebantur: quod tribus legibus, vna consulari Valeria Horatia, duabus dictatoris, Publilia & Horatiana, eam tum est: pauca tamen excipio, quibus non omnes plane ciues obstringebantur, quo de genere fuisse legem de reperundis, animaduerti: lata enim

lata enim est post illas tres, consulem vnam, dictatorias duas, à nobis proxime nominatis: quodcumque postremum populus iussit, id ius tantumque esse xii tab. lege sanctum esse vtrumque etiam, quia, non, ut pratoris edictum, item lex annuo spatio terminatur, sed vigebat vique dom alia lege abrogaretur. abrogari verò omnes licuit, præter sacrasque violari sæpe, abrogata nunquam sunt. abroganti verò non eadem, quæ violanti legem, poena faneitur. ceteræ leges & abrogari omnes potuerunt, & abrogatae multæ sunt. tametsi nulla lata lex est, quæ ipsa se contra abrogationem quasi sanctionis sepimento non munierit, graui poena, multave ei, qui abrogasset, irrogata. at multi multas abrogauerunt, neque tamen vllam propterea subire poenam. dixi iam, plus fuisse potestatis in eo, quod postremum populus iussit, quam in eo, quod antea iusserat id lege xii tab. sanctum esse. iustum autem populi & suffragia fuerunt, quibus abrogabantur leges. itaque, non quid antea populo placuisset, sed quid ei postremum placeret, spectari solebat. sentit autem in hoc genere populus non semper e rep. nam quemadmodum sæpe malas leges bonus populus, sic interdum bonas malas abrogauit. à senatu verò nunquam lex vlla, nisi reip. causa, sublatæ est; vt, cum Apuleius, Marco consule referente, S. C. damnoze sunt, quod ab hoste reip. L. Appuleio Saturnino rogatae essent: tunc cum Luitio consilio Philippi consulis sublatæ, quia contra auspicia, quæ seruari lex Aelia subibat, à M. Luitio Druso latæ iudicarentur. erat enim quatuor omnino genera, (vt ipsa fere Cicerois verba vltimam, quæ sunt in oratione pro C. Cornelio) quibus per senatum more maiorum statueretur aliquid de legibus, vnum huiusmodi, placere legem abrogari, vt Q. Cæcilio, M. Iunio cos. quæ leges rem militarem impedirent, vt abrogaretur, atque hoc genere non abrogabat legem senatus, (nam abrogare proprie populus dicebatur) sed, vt abrogaretur, statuerat. Alteri genus eratque lex lata esse diceretur, ea non videtur populum teneri, vt L. Marius Sex. Lulio cos. de legibus Luitius: quæ vt vno S. C. tollerentur, Philippus consul, Luitius inimicus, obtinuit à senatu. ideo autem, huiusmodi legibus non videri populum teneri, senatus decernebat, quia, contra auspicia lata esse, augures monuissent. ita Romæ fuit in auguribus auditoris, de quibus L. ii. de Legibus hinc à Cicero scripta legimus. Quid religiosius, quàm cum populo, cum plebe agendi ius aut dare, aut non dare? quid, leges, non iure rogatas, tolleret Tertium, de legum rogationibus. quo de genere præcipue S. C. sunt, vt de lege calpurnia, de ambu, quæ derogaretur. Quartum genus, quod ex Cicerois oratio mutila admodum est, neque in ipsa, neque in Pediano interprete, ac ne alibi quidem, quod sciam, inuenitur. me tamen in eam partem coniectura ducit, vt existimem, eum aliquem senatus hostem iudicaret, simul, vt eius quoque leges, quæ quidem aduersus temp. essent, tolleretur, eodem S. C. aut alio, proxime facti iudicasse. quarum enim maxime legum causa perniciosa patris eius damnauit sit, & de rep. mors, eas ipsas leges in rep. non habuisse, sed abiectas in loco esse, etiam si ab historia non profuerit, veri tamen simillimum est, quale fuit, quod de legibus Saturnini, proxime, & de legibus M. Antonij traditum est. postremum illud est, eum, verbo quidem, neque à senatu, neque à populo, tacito autem omnium consensu per defensionem leges abrogabantur. id quod & L. ian. Iurisc. notauit. Agamus nunc de loco ferendæ legis. erat interdum Prata Flaminia, qui postea circus Flamini dictus est, interdum etiam locus Petelinus, quandoque Capitolium, sed plerumque forum, aut campus Martius. de Pratis Flaminis, Iulio Petelino, Capitolio, Luitius testis est. de foro, declarat illa pro C. Rabirio Postumo: Si lex ferretur, conuolaretis ad Rostra. erant enim Rostra in foro. dixit autem, Conuolaretis ad Rostra, cum hoc subintelligeret, vt inde ledi diceretur. & aperte in oratione: in Antonium, & in v. & pro domo: ubi non de campo, inde constat, quod, cum leges centuriatis comitiis sæpe latæ sunt, centuriatis porro comitiis in campo esse habita, omnes historici narrant: manifeste sequitur, vt leges centuriatis comitiis late, in campo late sint. Hic oritur alia coniectura, Iocunde sacro an profano ferretur lex, sacro potius, quàm profano, crediderim: primum, quod in Rostris, qui locus erat auguratus, templum dicebatur, sæpe à magistrato ferretur: itaque pro Sextio, Principes, inquit, rogationes Q. Fabricius templum aliquando ante. Iocem occupauit. occupat enim vt legem ferret, quod illa verba pro Milone declarant. Porro ne Fabricio, viro optimo, eum de rebus meo legem ferret, pulso? Occupat autem Rostra, non templum alicui deo sacrum: quod ipse Cicero declarat infra, in eadem pro Sextio subiungens, Tribunos pl. ferro à Rostris à Clodio pulsos, Fabricium inde legens. Sed fabissime in Vatinius his verbis: Cum L. Vestium iudicem in Rostris, in illo, inquam, augurato templo ac loco collocatis. & Luitius lib. vii. Naues, inquit, Antiarum partim in naualia Romæ sunt ductæ, partim incensæ: Rostrisq. earum suggestum in foro extructum adornari placuit: Rostraq. id templum appellatur. Altera est ratio, quod leges à P. Clodio tribuno pl. in templo Castoris late inuenio. quod indicat illud in Pisonem: eodem in templo, eodem & loci vestigio. & temporis, arbitrio non mei solum, sed patriæ funeris abstulisti. Nam illud, eodem in templo, ego sic interpretor, quo in templo legem de mea pernicietate tulerat Clodius, eodem in templo de Macedonia tibi tradenda statim legem tulistiquam tu provinciam ad arbitrium tuum pro meo funere, quod idem funus patris fuit, ipse pater eras. itaque provinciam legem traditam, quasi præmium à Clodio debitum, abstulisti. Et apertius in oratione pro domo sua: Cum arma, inquit, in adem Castoris comportabas, nihil aliud, nisi, vt nequid per vim agi posset, machinabare. In libris autem de inuentione, Flaminium, inquit, eum, qui consul temp. male gessit bello Punico secundo, legem agrariam per seditionem ad populum ferentem, pater suus de templo deduxit. accersitur maiestas. & apud Luitium, ante quàm Rostra in foro extensa essent, de tribus pl. legum rogandarum causa in templum comitiis, non semel mentionem fieri videmus. Ferrebat ergo magistratus legem in templo: ferebat suffragia de lege populus circa templum. locum enim tanta multitudi in vilo in templo fuisse, credidisse non est. eum verò lex à magistratu ferretur, eodem in templo alias quoque magistratus affuisse, eos nuprim, qui cum magi-


stratu legem ferente consentirent, legimus in oratione in Vatinius. Quæ quidē leges, inquit, anno post, sedentibus in templo duobus nō consulis, sed proditoribus huius ciuitatis, ac pellibus, vna cū auspiciis, eum intercessionibus, cum omni iure publico colligrauerunt. Ostendit datam in templo legem, cum in foro ferebatur, hoc est (tribus comitiis, quid cum in campo centuriatis? cum in templis deorum non existimo, quæ in campo nulla fuisse legimus, quorū tamē in loco à magistratu ferretur, eum locum ante auguratum fuisse crediderim. nam si tribus comitiis semper in templo, cur centuriatis, quæ maiorum rerum causa habebantur, profano in loco lex ferretur? sed fortasse videri possit infirma coniectura. addamus exemplum, vt dubia res testimonio probetur. Luitius lib. i. i. i. Tribus, inquit, vt impediret reuoluita spes erat, de proferendo exercitu agere, eo magis, quod, & augures iussos adesse ad lacum Regillum, fama extierat, locumq. inaugurari, ubi auspicio cum populo agi posset, vt, quidquid Romæ vt tribunicia rogatum esset, id comitiis ibi abrogaretur. Inter leges autem, quæ in foro, & eas, quæ in campo ferrentur, dixi iam hoc interfuisse, quod in foro tribus comitiis ferrentur, in campo centuriatis, nunc adiungo, primum illud, centuriatis comitiis eas esse latas, quæ à S. C. ferebantur: deinde illud, quæ & centuriatis comitiis ferrentur, eas, si à S. C. non ferrentur, patribus quidem auctoribus semper esse latas. id quod non à primis reip. temporibus, sed tantum post Publili Philonis dictatam obseruatum est. hunc enim dictatorem legem tulisse, vt legum, quæ comitiis centuriatis ferrentur, ante latum suffragium patres auctores fierent, scribit Luitius lib. v. i. i. Quo significatur, non omnes antea leges, quæ centuriatis comitiis ferrentur, à S. C. aut patribus auctoribus esse latas, quod si factum nunquam antea non erat, consuetudine seruata, quæ in Numa Rege creando est inducitur: scilicet, ante quàm populus suffragium iniret, patres in incerto comitorum euentum auctores fierent, Publilius in plebem propellens, quia plebeie gentis erat, quod senatus liberum erat, id necessarium fecit, quodq. more factum erat, id vt lege fieret, sua lege sanxit. Neque verò, quod ait Luitius, Patres auctores fierent, expono, patres S. C. probarent. nebat enim de re & relata, & disputata S. C. quid porro referri & disputari opus erat id, quod omnino probati à senatu Publicia lex haberet? nam de quo sit S. C. id eiuſmodi est, vt improbi & abieci potuerint: autem & probatum, & acceptum, quia maior pars senatus ita sentierat, in hoc nō, vt vtrum vis liceret, neque plurium senatorum voluntatem spectari, Publilius voluit, sed, quasi ab vniuerso senatu iam probatum esset, ita, vellet nollet, patres auctores esse, ergo sic existimare debemus: & eas leges, quæ centuriatis comitiis ferrentur, post legem Publiliam aut à S. C. aut certe patribus auctoribus esse latas, & eas, quæ ante legem Publiliam centuriatis comitiis late erant, alias à S. C. alias sine S. C. Patribus tamen auctoribus, alias neque à S. C. neque patribus auctoribus esse latas. Nihilne igitur interfuit, dicer aliquis, inter leges, quæ patribus auctoribus, & eas, quæ à S. C. ferrentur? nihil plane, ante legem Publiliam, nam, siue à S. C. siue patribus auctoribus ferrentur, & senatus voluntate ferebantur. post legem autem Publiliam multum inter huiusmodi leges interfuit, atque adeo tantum, quantum inter secundam & aduersam voluntatem interesset, nam secunda senatus voluntate ferebantur ex leges, quæ S. C. probati iam erant, aduersa verò nonnunquam ex, quarum patres auctores ferebant. probabant enim inuiti, lege coacti. itaque, honorificentius habebatur id, quod à S. C. centuriatis comitiis latum esset, quàm id quod isdem comitiis patribus auctoribus, sed extremis reip. temporibus nullam legem centuriatis comitiis sine S. C. patribus auctoribus latam inuenio, per multas autem S. C. isdem comitiis, siue, quod abrogata sit Publicia lex, siue, quod, postea quàm Q. Horatius dicta tot mules annis post Publiliam legem tulerit, vt eorum quod plebs statuerat, omnes Quirites tenerentur, nihil attinuit patres auctores de eo fieri. quo, vel si auctores ipsi non fierent, tamen omnes ciues æquè tenerentur, itaque magistratus aut à S. C. centuriatis comitiis, aut, si senatus dissenserit, tribus leges tulerunt: (quantum & leges multe tribus comitiis ex S. C. late sunt) cum lege Horatiana eandem vim haberent leges tribus comitiis late, quam habuerunt antea leges ex, quæ centuriatis comitiis patribus auctoribus, late erant. Hic fortasse quaeretur, ante Publiliam legem omnēne leges, quas senatus, siue centuriatis, siue tribus comitiis ferri cuperet, ferrentur à S. C. an verò aliter à S. C. aliter verò sine S. C. tantum patribus auctoribus. vtrumque factum est, nam neque omnes à S. C. neque omnes patribus auctoribus late sunt, de iatis à S. C. testimonium res non dederat: exemplorum enim plena sunt omnia. patribus autem auctoribus minus quidem multæ, sed aliquot tamen late sunt, vt Perilia de ambu, à tribuno pl. tribus comitiis late: de qua Luitius libro v. i. i. Quaeretur etiam, vtrum centuriatis comitiis leges à maiore tantum magistratu, an etiam à minore ferrentur. faciamus quod oratores solentique cum rebus rem probare non possunt, argumētantur à simili, & hoc genere sæpe fidem faciunt: item nos, cum, centuriatis comitiis à minore magistratu leges late sint, nec ne, affirmare non possumus, quia neutrum ab antiquis proutum est, similitudinem sequemur, & quod in creandis magistratibus fieri solitum est, idem in ferendis legibus obseruatum esse dicemus, nam si creandis magistratibus centuriatis comitiis nunquam, nisi à maiore magistratu habita sunt: itidem, ferendis legibus nunquam, nisi à maiore, esse habita consentaneum est. illud autem esse igitur & hoc dicemus, neque enim, cur non sit, aut ratio suadet, aut exempla demonstrant. Ex libro nostro de legibus Romanis.

L I M A. veteres dicebant omnia transuersa: à quo & limina hostiorum, per quæ foris & intus itur: & limites, quod per eos foris & intus erat.

L I M T S S. ait Siculus Flaccus in Libro de conditionibus agrorum, ab liminibus vocabala accepisse inquit enim sic: Quo modo limina introitus extrisq. locis præstant, limites agris. similiter introitus extrisq. qui in agris diuisi & assignati semper peruiſe debent, tam reuerentibus, quàm & mensuris agendis. Pergit idem Flaccus his verbis, Cum omnes limites à mensura dentium actum decimani distent, si qui Orientem Occidentemq. intuerent, qui Meridianum & Septentrionem

nam tenent, vnum vocabulum illis erat, decumanum nuncupabant maritimi & vespertini & meridiani & septentrionis cardinem: alij vero ob regionum positionem & naturam appellauerunt maritimos & montanos. postea vero, cum agri diuiderentur & assignarentur, decimam quidem vocabulum permansit, vt iij, qui Orientem Occidentemque inueniunt, decimam dicerentur: verò, qui meridianum & septentrionem, quoniam cardinem mundi tenerent, cardines sunt appellati. Et omnes limites dirimunt agros, centuriatque designantque, vt supra diximus, in agris diuisis & assignatis semper perij esse debebunt, & itineribus, & mensuris agendis. Limitum autem nomina hæc inuenimus in libello extremo eiusdem Flacci. Orientales, ait, dicuntur decumani: Septentrionales, cardines: Item, Maximus, C. M. Actuarij, Interficij, Quiritarij, Cultellarij, Nonarij, Maritimi, Temporales, qui solis ortum secuti sunt, Gallici, Regales, Sobroneini, Linearij, Sextiani, Teilelarij, Diagonales, Montani, Austrinales, qui per arcam & posticam diuiduntur: Hypotenissales, qui angulis subiacent: Prefecturales, Egregij, Vndeicimani, Duodecimani, Colonici, Passiui, Solutarij, Perpetui. Aggenus autem in libro de limitibus agrorum distinguitur limitem a rigore his verbis: Limes est quodcumque, in agro ad oblationem finium opera manuum factum est, rigor vero sue rectitudinis naturalis nomen accepit. Rursus Hygenus in libello & ipse de limitibus constituendis, sic: Antiqui mensuras agrorum normalibus longieudinis includerunt, primum duos limites constituerunt, vnum, qui ab Oriente in Occidentem dirigeret: hunc adpellauerunt duodecimam, ideo quod terram in duas diuidat partes, & ab eo omnis ager diuidatur: alterum à Meridiano ad Septentrionem, quem cardinem nominauerunt, à mundi cardine. Duodecimam postea decimanum appellauerunt, quare à decem potius quam à duobus, sicut duo pondo nunc dicimus dupondium, & quod dicebant antiqui duo viginti: nunc dicimus viginti. Similiter duo decumanos, decumanus est factus. Reliquos limites fecerunt angustiores, & qui spectabant in Orientem, prorsus, qui ad Meridianum, transversos appellauerunt. Limites autem appellati à limo, id est antiquo verbo, transuersi nam & limum cinctum, ideo quod purpuram transversam habeat. Item limina ostiorum, postea poros & transversos limites appellauerunt, à liminibus, quod per eos agrorum limina seruantur, postea apud quoddam nomina à loci natura acceperunt: & qui ad mare spectant, maritimos, qui ad montem, montanos appellauerunt. Omnis ergo huius rectæ longieudinis rationis, limes appellatur, nec interest quicquam, decumanum dicamus, an limitem, decumanum autem primus, maximus appellatur, item Kardos: nam latitudine ceteros præcedunt. sunt alij limites Actuarij, alij linearij. Actuarius est limes, qui primus actus est ab eo quintus quisque: item si numerus cum primo erit sextus: quoniam quinq; æturiæ sex limites cludunt, reliqui medij limites linearij appellati, in Italia subuncini. Actuarij autem extra maximos, D. & K. latitudinem habent pedum xij, per hos iter populo, sicut per viam publicam debetur, ita enim cautum est lege Sempronij, & Cornelia, & Julia, quidam ex his latiores sunt xij pedibus, vt si qui sunt per viam publicam militari acti, habent enim latitudines viæ publicæ linearij limites mensuræ tantum differenda: causa sunt constituti: & si finitimi interueniunt, latitudinem secundum legem Mamiliam accipiunt. in Italia itineri publico seruiunt sub appellatione subuncinorum, habent latitudinem pedum octonum. Hos conditores coloniarum fructus asporandi causa publicauerunt, nam & possessiones pro ætudio vbertatis angustiores sunt assignate: idcirco, limites omnes non solum mensuræ, sed & publici itineris causa, latitudines acceperunt.

K. Quintarius.



Secundum antiquam constitutionem limites diriguntur: quare non omnis agrorum mensura in Orientem potius quam in Occidentem spectet. in Orientem, sicut ædes facit, nam antiqui architecti in Occidente templa spectare recte scripserunt, postea placuit omnes religionem eò conuerti, ex qua parte cæli terra illuminatur, sic & limites in Orientem constituentur. Hæc Frontinus in libro de limitibus agrorum.

L. 1. 7. 2. 4. E. in terminis inuentæ quid significent, ostenditur in libro variorum auctorum de limitibus, in quo sunt hæc. A, si in termino inueniatur, finem in proximum significat, aut aquam viam designat. B, si in termino inueniatur, bifurcum ostendit, aut triuium significat. C, si in termino inueniatur, à centuria nunquam recedas. D, si in termino inueniatur, decimanum ostendit. E, si in termino inueniatur, vallem ante se significat, aut riuum, aut fluvium: & super se subreptiore loco per plantæ limes excurrit. F, si in termino inueniatur, finalem causam exponit, & in longinquo terminum ostendit. G, si in termino inueniatur, sui terminis auctorem, limitem toruolum ostendit. H, si in termino inueniatur, grandes longitudo limitum ostendit, & rariora signa in fine inueniunt. I, si in termino inueniatur, viam significat, aut collis rigore ostendit, hoc est iugum. K, si in termino inueniatur, cardinem ostendit, quem terminum subtrilissimum & speciosum inueniunt, hoc est formosum. L, si in termino inueniatur, suæ normæ facturam designat, limitem gemmatum, & in longinquo arcam finalem ostendit, & conualia eius fundi

finem vindicant. M, si in termino inueniatur, fines quadras designat, & in proximo signa finalia inueniunt. N, si in termino inueniatur, proximam aquam significat, & quadras fines habentes aquæ, à Septentrione arcam maiorem inueniunt. O, si in termino inueniatur, à Septentrionali parte syluam demonstrat, & per ipsam syluam riuus currit, & trans riuum signa demonstrat. P, si in termino inueniatur, pedaturam significat, extra alius signis finalibus, vel quod literas finales continet, hæc per singulos titulos inueniunt, alioquin, finales titulos sine notis signis in agris posuimus, qui rationem ostendunt limitum, & causam dirigunt finalem. Q, si in termino inueniatur à limite riuum. R, si in termino inueniatur, per collicellum terminos inueniunt. S, si in termino inueniatur, supra possessionem multas aquas vias indicat, quæ alieum transeunt. T, si in termino inueniatur, trifinium ostendit. V, si in termino inueniatur, terminum in collem meridianum ostendit, per limitem orientalem. X, si in termino inueniatur, quadrifinium exponit, & pro decumano finem habebis. Y, si in termino inueniatur sub se fontem proximam habet. Z, si in termino inueniatur à sinistra parte fontem significat.


M. 1. 2. 3. 4. 5. Crimen hoc esse maximum nemo nescit: interdum tamen capitale non fuit, nam Claudij Vestalis, Appij Cæci filij, C. Furij, & Ti. Sempronij ædiles pl. quod populo R. calamitatem esset impetrata, multam dixerunt æris grauis xxv milia, quæ capitalis pœna non fuit, iudicium autem illud maiestatis nomine notatum, Suetonius in Tiberio significat. Et maiestas quidem multis modis ladebatur, his fere vbi quid in populum suum, suamue remp. aut in magistratus, personamue principis commissum est: in populum, vt si quis exercitum hostibus tradidit, si exercitum sollicitauit, delectumue in illa populi aut senatus habuit: si quis exercitum extra suam provinciam inuolu populi duxit, aut ipse, vel ipso exercitu, prouinciam finibus excessit: si quis remp. sua culpa mole gestis, si stationem deseruit, si contra libertatem consilia iniecit, si seditionem, aut bellum excitauit: si publicum hostem domi priuatus habuit: si ius ciuitatis aut magistratus immutauit: si præter dignitatem populi R. regio in comitatu fuit: si contra bonum publicum locutus esset, quod maiestatis quidem crimen, non tamen capitale fuit: vt exemplo docuimus: præterea, si quis ad hostem transiit, alibi quid cum eis aduersus remp. pactus est. Hæc in populi læsæ maiestatis crimina, in magistratum autem, vel in principis personam, si quis vni omnino vllam attulit: si tribuno pl. intercedenti non paruit, aut ab eo concionem auocauit, cumue priuati loco habuit, vt puta, si eurrenti in via non cessit, si consilium plebis distulit: & huius generis alia, quæ facile possumus intelligere ex ea definitione, quæ prodita literis est: Maiestatem is minuit, qui ea tollit, ex quibus ciuitatis amplitudo constat. Hoc de crimine leges nominantur hæc, primum illa xij tab. de qua Polybius lib. v. vt, qui hostem concitasset vel eum hosti tradidisset, capite pœnas daretur inde, tribunicia, Appuleia, Varta, consulares, Cornelia, Julia, Antonia. Appuleiam tulit, opinor, L. Appuleius Saturnina tribunus pl. quem postea cum C. Scerulio Glauca prætor C. Marius vt consul S. C. interfecit. Variam tulit Q. Varius Suetonensis tribunus pl. qui Philippo & Cæsaræ cos. in locum M. Livij Drusi interfecti tribunus pl. creatus est. huius legis hæc sententia fuit, vt quæretur de iis, quorum ope, aut consilio bellum italicum esset concitatum, quo crimine cum essent multi condemnati, & ad plures præterea, quos damnari necesse esset, ea culpa pertinere videtur: fecit sapiens senatus, qui decreuerit, ne, dum tumultus italicus esset, iudicium vllum lege Varia fieret. Secuta est Cornelia, L. Syllij dictatoris, inde Julia, C. Cæsar, in primo, vt opinor, lata consulari, aut post victum in Pharsalia Pompeium, nam consul iterum, bello Pompei, aut Alexandrino impeditus, absuit, hæc lex damnata aqua & igni interdicitur. Postremo Antonia, M. Antonij consulis, qui i. i. vit. postea fuit: quæ damnatis de maiestate prouocationem ad populum dabat, quod antea in vno perduellione, omnium de maiestate criminum grauisimo, licebat. In causa maiestatis, & proditoris, impunitatem indicari damnum Pedianus ait: in causa repetundarum negat. nulla vero proflus in causa senatoribus licuisse indicium proficere, ne videlicet summi dignitas ordinis minueretur, affirmat. Ex libro nostro de legibus Romanis.

M. 1. 2. 3. 4. 5. L. Villius tribunus pl. rogationem tulit, quot annos nati quisque magistraturam peterent, capereque: vnde & ipsi, & posteris cognomen inditum, vt annales Villij dicerentur, hoc à L. Iulio traditum, sed quoniam, quis plane cuius magistraturam petendo legitimus annus esset, nominatim hæc lege expressum non inuenio, quid ipse legendum obseruauerim, breuiter subiiciam. Omitto quæsturam, tribunatū pl. ædilitatem pl. quia curules tantum magistratus in lege Villia nominatos existimo, nam si quæstura, de tribus non curulibus magistratibus, exempli gratia, vnum ponam, ceteri annum Villius sua lege statuit, vnde postea tam incerta ratio, gesserunt enim quæsturam duo Græci, Tiberius, & Caius anno ætatis xxvj, M. Cicero anno xxxi, C. Cæsar, is qui perpetuam dictaturam inuasit, xxxiij, M. Cato vti censeo x x x. Quod si quis dixerit, liberam fuisse, quo quis anno vellet, quæsturæ petitionem, modo peteretur post annum xxvj, qui esset ad petendum legitimus, idcirco mirum videri non debere, si Cicero, Cæsar, & Cato non eodem omnes anno petierint, quandoquidem satis duxerint leges obseruare, quæ petendæ quæsturæ annum definiebant xxvj, gerendæ xxvj: hoc si quis obiecit, ad coniecturam, id est ad rationem ipsam, confugiam. Quid enim? simile ne veri est, C. Cæsarum (omisso Cicero) cui tamen, cum homo nouus esset, laborandum maxime fuit de dignitate, nec, quæ prima daretur, occasio negligenda? sed C. Cæsarum, quo nemo magis honores appetiuit, nemo potestatis & imperij fuit audior, eumne verisimile est petitionem quæsturæ ab anno x x v, si is legitimus esset, in annum x x x i distulisse? verum habeo, quo nitatur, aliud paulo firmissimum argumentum. video enim Pompeium Magnum, cum annum ageret x x v, consulari gessisse, solum videlicet legibus, meritorum ingenium in tempore, virtutis ergo, at eo anno magistraturam per leges capere nullum potuisse, Cicero demonstrat in ea oratione, qua rogationem Manilij suadet. Quo modo igitur, dicit aliquis, Cicero ipse, & Cæsar, & Cato quæsturam ante annum xxxv ceperunt? Nam obsecrum est, leges loqu


que loqui de curulis tantum honoribus, adilitate prætura, consulatuque ætatem, adilitas pluri tribunatus pl. rationem habuisse nullam. Sed recitatur verba Ciceronis. Quid, inquit, tam singulari, quam re, ex S. Legibus solutus. Consul aut fieret, quam vltimū alium magistratum per leges capere licuisset? Dicit, Vltimū autem magistratum quod, si de quaestura leges loceret sunt, falsum est, cum, vt ostendi, quecturam multi gesserint ante annum x i x v i, quo anno gestum esse primum à Pompeio consulum, quem Cicero significat, tum ex Appiano collat, tum ex Vellicij historia, in qua scriptum est, petisse Pompeium Cæsare & Scurlilio cōs. ætate ætatis suæ i v r i t. à quo anno si retrosum amoveret, eader primus eius consulatus in annis eius ætatis xxv. vt iam enī ita suppetit; non simul cum anno ætatis Pompeij finisse consulum, sed cum ille iam annus esset ingressus xxvi. ita cum falsis Ca pitolinis, & cum appiano Vellicij congruer historia. nam, quod ait Plutarchus, anno i x i interficij Pompeium, id quoq; potest esse verum; hoc modo, vt pñmunt eius ætatis annum capitimus C. Atilio Q. Scurlilio cōs. quo anno Pompeium esse natum, Velleius asseruit. tamen cum ait ipse Pompeium petisse anno lv i, non incipit numerare ab eo anno, sed à proximo sequenti quod scilicet non ita multo ante exitum cōsularis Attilij & Scurlii; natus esset Pompeius, & exigui illud spatium in annorum numero videtur omittendum. Constat igitur, legem Villiam nihil de iis honoribus sanxisse, qui caperentur ante eū annum, quod Pompeius prius consul fuit, sue cum velis esse x x v, sue malis xxvi. nam adilitatis curulis annus erat xxvi i. cuius rei argumentum est, quod eam petit Scipio Acmilianus xxvi i, & solutus legibus, consul factus est. annum porro fuisse eius ætatis x x v i, Velleius demonstrat his verbis. Decessit M. Aquillio, C. Sempronio cōs. anno sermo lvi. de quo si quis ambigat, recurrit ad priorem consulum eius, in quem etætus est anno xxv i. ita dubitare desinet. vt omittam, quod cum adilitas prætura, biennio antecedit, & prætura item biennio consulum; consulas autem geratur anno x i i x, quod paulo post ostendimus, necesse est, vt gerenda adilitati legitimum annos sit x x v i. Nunc agamus, quando satis de adilitate didicimus, ut, & anno preturæ. at hoc, id de adilitate conceditur, in dubium vocari non potest, geritur enim adilitas anno xxvi i. sequitur post biennium prætura; quod indicant & maiorum exempla. & illa maxime verba Ciceronis in epistola ad Furnium: Si adilitis fuisses, post biennium tuus annus esset. ergo geritur prætura anno xi. Nec de consulum difficultis probatio est. percurrantur fastimenim invenies, nisi prætura biennio, faltem ante gesta, consulem fuisse. est igitur annus consularis quo quadragesimus tertius, accedit Ciceronis testimonium in oratione quinta in Annoniam, qua sunt hæc, Quid Macedo Alexander i cum ab ineunte ætate res maximas gerere cepisset, nõne tectori & trigefimo anno mortem obiit? quæ et ætas nostris legibus x annis minor, quam consularis. Hanc opinor, legem Dio significavit, cum ait libro xxvi i. Consules in senatu sententiam dixerunt, vt ei prætura daretur; licet nondum per leges hiecer. quò spectauit & Plutarchus, cum dixit Decrevit senatus, vt Catoni prætura extra ordinem daretur. & Valerius lib. i. i. cum inquit: Cato Cypricum pecuniam maxima cum diligentia in urbem deportaverat. eius ministerij gratia senatus relationem interponi iubebat, vt prætoriis comitiis extra ordinem ratio eius haberetur. sed ipse id fieri passus non est, iniquum esse affirmans, quod nulli aliq; crederetur, id libi decerni. Quanquam est quiddam, hac in re cur magnopere dubitem. nam, cum eo sit anno decretum, quò Marcellinus & Philippus consulum gesserunt; certe per ætatem potest Cato petere præturam, tribunus enim plante annos quinq; Silano & Murena cōs. fuerat. prætura vero quadriennio tantum à tribuna distat. eq̃q; magis liquet, potuisse Catonem Marcelino & Philippo cōs. petere præturam, quod anno sequenti, Pompeo & Crasso cōs. petiit, non vt designaretur, sed, vt creatus magistraturam statim finiret; quod anno proximo superiore habita comitia nulla fuerant: ideòq; consules Pompeius & Crassus ex interregno facti sunt: qui deinde prætores creantur, quod igitur ob domesticas discordias Marcelino & Philippo cōs. producta in annum lequenter comitia sunt; propterea Cato non perit eo anno, petiit autem sequenti, consulum, vt dixi, Pompeo & Crasso, creatus, quare, etiam si Plutarchus dixerit, Licet nondum per leges liceret: videndum tamen est, an senatus potius decreverit, vt omnino Cato prator crearetur, neq; à populi suffragiis penderet, quorum dubius esset eventus. quam sententiam illa quoque videtur confirmare Valeri) verba: Campelliem expetiri temeritate quam curia beneficio vti, fasces esse duxit. Verum paulo altius repetamus, quò præter illi, fasces hæc tota cognitio; prima fuit, vt opinor, lex de magistratibus hæc, vt de senatu, id est de patricijs familiis, omnes magistratus crearentur idq; à Romulo institutum reliqui deinde reges observarunt. sanxit enim Romulus; quod ait Dionysius lib. ii, vt patricij sacra curarent, magistratus gererent, uis dicent, plebeij, qui rodes inopelq; essent, agros colerent, quasi uacilli; artibus operam darent; temperamentum illud tamen, quò ciuitatē concordia, id est salus ipsa, custodiatur, maxime questuit. nam, ne nimis in ordine patricium videretur esse propensum, darum aliquid populo voluit &, vt is suis suffragiis magistraturam crearet, leges scriberet, bella decerneret, curiaris comitiis tollit. Regibus pulsus, consul P. Valerius Bruti collegas duas leges tulit, quibus plebis potestas aucta, senatoris & magistratum imminuta; primum, vt magistraturam nemo caperet, nisi qui à populo imperium acceperit: si quis aliter fecisset, capitali poena puniretur; qui eum occidisset, ei impune esset: deinde, vt aduersus magistratum provocatio ad populum esset; si nõne quis magistratus cinem Romanum aduersus provocationem ves berare, aut necare veller. Quam legem centuriatis comitiis esse laram, Valerius tradidit lib. i. i. De plebeijs magistratibus in Sacro monte primum lata lex est, quinque Sacre nomen accepit, vt plebi, quæ patriciorum iniuriis nuda quodam modo parceret, sui magistratus essent, iug; sacrosanctiq; uibus auxilio latro aduersus conules esset; necne qui patrum capere eum magistraturam liceret. qua lege tribuni pl. quinq; primi creati sunt. Plebeijs autem magistratus curias primum facti comitiis. Postea, tribus vt fieret, lege tribunitia, quam Publicius & Lartorius tulerunt, cautū est.

Sed magistratum omnino nullum ei gerere liceat, cuius pater in he-
stium potestate esset, quod ex Licio colligitur in enim lib. xxv. 1. Seru-
ilius, inquit, pegas barbare aut tribunum pl. fuisse, aut adilem esse:
quod patrem eius, quem 11. virum agrarium occisum à Boiis circa
Mutinam esse, opinio per annos fuerat, vinceret, atque in huiusmodi pote-
state esse, satis constabat. & lib. xxv. 2. de comitiis arum ad populum est,
ne C. Sertilio fraudi esset, quod patre, qui curuli sella sedisset, viuo, eū
id ignoraret, tribunos pl. acq. adilis pl. fuisse, eorū quā legibus fan-
ctum erat. Verum, quia satis constat, plebeios magistratus fuisse, tri-
bunatum pl. adilitatem pl. patricios autem, adilitatem curulem, præ-
torem, consulatum, principum lib. secundum, plebeios magistratus ap-
pellatos, qui ab initio plebis causa facti in fuit: patricios item, qui
patriciorum deinde, eorū hanc gerendorum magistraturum rationem
Paulianum esse permixtam, atque commutatam, nam plebi, cui rationē ple-
bei magistratus pertinebat, post etiam ad patricios omnes aditus fuit.
nec tamen mutatum est nomen: sed potius semper magistratus dicti,
qui primis temporibus patriciorum causa facti, postea communicati
cum plebe, tum plebeios tamen magistratus patricii homines non ge-
sere, quia, credo, contra dignitatem ducebant, eum maiora consequi
posset, minora persequi. Generale illud fuit, ne is, qui comitibus præ-
esset, sui rationem in petendo magistratu haberet: lege veritatem,
significat Lilius lib. x. Etiam, ne quis magistraturam abiens preterit,
legis culti Pompeius Magnus in tertio consulo: in qua cum nemine
excepisset, mox, soceri sui C. Cæsaris recordatus, lege iam in eis incisa,
& in ætatem condita, corripuit errorem, vno Cæsare excepto, quod à
Tranquillo proditū legitimus. Ex libro nostro de legibus Romanis.


MENſURA ſed definitur, & exponitur ab his, qui de hmitibus ſcripſerunt: quorū hæc ſunt verba, Meſura eſt, quicquid pōdere, & capacitate, lōgitudine, altitudine, latitudine, animoq; ſinitur. Maiores itaq; orbē in partes, partes in provincias, provincias in regiones, regiones in loca, loca in territoria, territoria in agros, agros in centurias, centurias in iugera, iugera in climata: inde climata in adūs, peticas, paſſus gradus, cubitos, pedes, palmos, uncias, & digitos diſiſerunt. tāta enim fuit eorum ſolertia. Digtus eſt pars minima agrefium meſurarum: inde vñcia habet digitos tres, palmus autem quatuor digitos habet, pes xvi. paſſus ped. v. petrica paſſus duos, id eſt pedes x. Petrica autem a portando dicta, quaſi portica. omnes autē m precedentes meſura in corpore ſunt, vñ palmus, pes, paſſus, & reliqua: ſed petrica poſtatur, eſt enim x. pedum, ad inſtar calami in Ezechiele templum meſurantis. Adūs minimus eſt latitudine pedum quatuor, longitudine c x i, climata quoq; vñdig; verſus pedes habent x. i. ita,




ACTVS quadratus vndique finitur pedibus cxx. ita,



Hinc Bactri arapennem dicunt. ab arando scilicet. Aquis duplica-
tus iugerum facit : ab eo quod est iunctum, iugerum nomen accepit.
iugerum autem constat longitudine pedum ducentorum XL, latitu-
dine CXL. ita,



Ας τὴν provinciam Bæticam rustici agnam vocant: porcam idem Bæti-
ci xxx. pedum latitudine, & lxxx. longitudine definiunt ita,



S³ ¹ porca est quod in arando extrahit quod defossum est, i. tra. Galli can-
 dictum appellant in arvis v. banis spatium centum pedum, quasi can-
 ceatrum in agrestibus autem pedum c. x. quod ratorum iustum caode-
 tum vocant. Porro stadialis ager habet passus c. x. v. id est pedes
 dc x. v. cuius mensura octies computata miliarium facit, qui constat
 quing. milibus pedum. Ceterum autem ager est ducentorum iugerum,
 qui apud antiquos ad centum iugeribus vocabatur: Sed postea duplica-
 ta, nomen pristinum retinuit. in numero enim centuriz multiplicata
 sunt, sed nonnum mutare non poterunt. Frontinus autem sic in libro de
 limitibus. Mensura est compluris, & inter se equalium inaequaliorum
 longitudo finita. mensura est, vt per per vncias, per pedem decempeda-
 per decempedam actus. per actum passus, per passus stadium, per sta-
 dium miliarium. minima harum mensurarum pars est digitus. si quid
 enim intera digitum metiarum, partibus respondemus, vt dimidium au-
 rertiam parte digitum, in pede prodestio semipedes duo. in pede constare
 semipedes quatuordecim pede quadrato semipedes octo. per habet pal-
 mos quatuor, vncias duodecim, digitos sexdecim. palmus habet digi-
 tos quatuor, vncias tres. sextans, quæ eadem doctans appellatur, habet
 palmos tres, vncias nouem, digitos duodecim.

MUNICIPIA quidem purantur munitionibus dicta: alij è manifestis, quòd

etia, quod munificer essent ciuitates. primasq; origo oppidorum, quæ ciuitates dictæ sunt, municipia nominata. Hæc Siculus Flaccus.

M 7 1 lapides in agrorum diuisionibus dicebantur, sine inscriptione ap-
positi, idcirco quia nulla significatione apparent, quoro loco numerat-
rentur. Ex Hygено.

N 7 M 7 5. notis quibusdam veteres utebantur numeros significan-
tibus, quas deinde ad litterarum formam, scribendi consuetudine, pau-
latim conuerterunt in agrorum mensuras. quas quidem notas, & earum si-
gnificationem è regione subiciam. atq; hæc tredecim sunt, eisdem, quot
Priscianus agnoscit ab eo tamen, quiddam est, cur dissentire cogat.

Antiquæ notæ:	Significatio	vntus
I	1	vntus
v	5	quinque
x	10	decem
L	50	quingenta
c	100	centum
10	500	quingenta
c10	1000	mille
100	5000	quinque millia
c100	10000	decem millia
1000	50000	quinquaginta millia
c1000	100000	centum millia
10000	500000	quingenta millia
c10000	1000000	decies centena millia.

N 0 N erat autem, inquit Plinius, apud veteres numerus ultra centum
millia. itaq; & hodie multiplicatur hæc, vt, decies centena millia,
aut sapius, dicitur. Atq; hæc nota, si figuram consideres, eadem omnes
sunt, nisi quod in quinq; primis deprehenditur dissimilitudo. nam cum
scribitur c 10, siue 100, & inde quæ subsequuntur, duabus tantum
vntus notis, i & c, hoc tamen obseruantes, vt c post i non tanquam
quæsit, sed quasi respiciens constituitur. sic vnamquamque summam,
quàm volueris immensam, explicari primis quinq; notis animaduertes.
Hæc est prima consideratio: sequitur altera, quod à prima nota
ad vsque eas, quas in extremo posui, alternis modo in quincuplum
summa crescit, modo in duplum: quod, ipsas notas qui persequi sin-
gulas voluerit, intelligit. Priscianus autem hanc rationem tractat
imperitè. primum, mille sic ait notari, x, & decem millia sic, c x0. in
quo repugnat vetustatis obseruatio. triplex enim genus est, quod an-
tiquitate maxime testatur, lapides, libri, nomini. et cum ego in sin-
gulis non ita negligenter sim versatus, nunquam tamen x pro mille
comperi, nunquam c x0 pro decem millibus. sed idem labor in sua
sententia: inferit enim paulo post: Decem millia, quod verisimilius est,
notatur per M, circumscriptum ex vtroq; latere: & M purat mille si-
gnificare, quia nominis prima sit littera. quorum alterum concedo, vt
M mille valeat: alterum, quia cum ratione pugnat, concedere non pos-
sum, vt M ideo mille significet, quod in verbo mille princeps occurrat
littera, mihi enim dubium non est, quin M inde sit deriuata, quod veteres
pro quingentis hæc utebantur figura 100: vnde, contra Priscianum
sententiam, qui de origine nescio quid ridicule comminiscitur, facta,
est 0, negligenter simul & ignoranter deservientium, dum anti-
quas notas elementa putant. ergo pro quingentis, vt dixi, scribebant
x0, pro mille c 10: vnde Buxi M, errorem creante similitudine; quod
M quandoque ita scribitur c 10; vt minimum discrepare videatur à
c 10. in antiquis autem libris & alias figuris pro mille v surpata licet
animaduertere, vt a & c 10, quas peperit minus accurata librorum
festinatio, id agentium, vt c 10 vno calami ductu perficerent. etiam
00 & 00 pro mille reperias: quæ deriuatæ sunt ab c 10, corruptæ
scilicet à corrupta. Queritur etiam, cur L quandoq; pro i posita re-
peritur, vt in hac figura c c c 1000, & similibus. huius quoq; mu-
tationis culpam sustinet librorum incertitia: qui cum antiquam no-
tam, L, longiusculam viderent, exempli gratia sic, c c c 1000; de-
cepti similitudine consonantem i putarunt, & pro c c c 1000, scri-
bunt c c c 1000. Hæc de numerorum notis. reliqua erant non-
nulla, quæ, quia saturati legentium placet occurrere, prætermittam. hæc
de re paulo plenius agitur in libris de quæstis per epistolam. Ex no-
stro commentario in epistolam Atti.

P A S. multis partibus plures, pro multo plures, veteres dicebant. Ci-
cero lib. 1. epist. fam. Perspiciebant, inquit, multis partibus plures in
Horrenti sententiam iuros. & lib. 11. de finibus. Multis partibus
malis, dixit, pro multo malis. item M. Cælius in epistola ad Cicerone-
m: Turpe tibi erit, Parisem Curioni decem pantheras misisse, te
non multis partibus multo plures. etiam apud Cæsarem in commen-
tariis illa nouimus: Quoniam numero multis partibus esset inferior.
Suetonius quoq; non minus Latinus auctor, in Iulij vita eodem lo-
quendi modo vsus est. Ex nostris scholiis in epist. fam.

P A S A B pro apparere, veteres dicebant. itaq; scriptum est apud Si-
culum Flaccum, Aliquis locis lapides, qui in limitibus positi erant,
intercederunt: & limites ipsi, id est rigores, non parentibus lapidibus
difficile inueniuntur. Et Frontinus, Ante Iouem limites non parebant,
qui diuiderent agros. Hygenus autem: Antiquæ mensuræ actus in di-
uersum nouis litoreibus inciditur. nam veterum veterum lapides
adhuc parent, sicut in Campania finibus Minturnensium. Et apud Ci-
ceronem in oratione pro R. Ofcio Comedo.

P A C T A T S à principio capitalis Romæ non fuit, & pecuniaria pœ-
na, non capitis diminutione, notabatur. id significat Lilius lib.
xv 11, cum ait, M. Lilius erat, multis annis ante eam consulu po-
puli iudicio damnatus. quam ignominiam adeo ægre tolerat, vt & rus
migraret; & per multos annos & Vrbe & omni cœtu careret homi-
num. ex his verbis, non esse M. Liliu aqua & igni interdictum, sed,
afflictum animo grauiter ex eo iudicio, iratum populo sua sponte vr-
be cessisse, animaduertitur. cum autem peculatus nomine esse damna-
tum, ex eo libello constat, quem nescio quis de virtutibus composuit.
& apud Liliu lib. xxxv 11. damnato de peculatu L. Scipione
Africano, Africani maioris fratre, hris æstimatæ, & carceris, nisi solu-
ret, mentio fit; aque verò & ignis interdictio nulla nominatur. est

etiam exemplum M. Camilli, qui vrhem Romanam obsidione Gallorum
liberauit. hic ob Veientanam prædam, vt ait Lilius, à L. Appuleio ac-
cusatus, xv millibus grauis æris damnatus est. abijt autem in exilium.
ante iudicij diem; quia, cum se damnatum iri de suis tribulibus & elen-
tibus cognouisset, de patria maluit decedere, quàm iniquissimam mul-
tam populi suffragiis interrogatam exolvere. nam damnatis de peculatu
vel quanti esset lris æstimata, soluendum erat, vel in vinculis, donec sol-
uerent, miserime viuendum. quod in Scipionis Africani iudicio Li-
lius significat. quod si reus, iudicio non expectato, in exilium volunta-
rium abiisset; tunc accusationem quidem is, qui ceperat persequi ba-
tur; reum tamen absentem non alia, quàm pecuniaria pœna populus
condemnabat: eamq; pecuniam soluere, si rediret, damnatus cogeba-
tur; aut, si soluendo non esset, in carcerem ire. Hoc de crimine lex nulla
nominatur: sed ante M. Aemiliu Lepidum C. Flamini Coss. quo an-
no superior Africanus à duobus Petiliis tribunis pl. est accusatus, iudi-
cem leuatum fuisse Lilius lib. xxxv 11 significat. me tamen idem Li-
lius in dubitationem adducit, senatus ne, an populus ante eos confu-
les, quos nominauit, de peculatu quæserit. scribit enim duobus libris,
x x v 11, & x x 11 M. Liliu Salinatorem, post priorem consulatum à
populo esse condemnatum. eam porro damnationem peculatus nomi-
ne fuisse, iam ostendimus. Sed videlicet existimare possumus, quous
de crimine, si tribunus pl. aliquis esset accusator, populum iudicare po-
tuisse: grauis auctor T. Lilius, damnetur inconstancie. Post Africa-
ni, eiusq; fratris A. Africi accusationem, prætor cum iudicio consilio
de iis, qui peculatus arguerentur, quæstionem exerceuit. id opinor lege
ab aliquo magistratu lata institutum. alioqui, quod senatus vniuersi
munus erat, ad prætorum, certumq; iudicium numerum, senatu negli-
gente, translatum, vix putarim. Lege postea Iulia capitalis peculatus
factus est: quod Iurisconsulti declarant. Peculatus pœna, inquit Vlpia-
nus ad legem Iuliam peculatus, aque & ignis interdictionem continet
in quam hodie successit deportatio. porro, qui in eum statum deduc-
tur, sicut omnia prius iura, ita & bona amittit. Lege autem pecu-
latus tenebatur, si quis pecuniam publicam furripuisset, vel, vt supere-
retur curasset: si quis in aurum, argentumve, aut æs publicum quid
indidisset, vel immisisset, fecissetq; dolo malo, quod id prius fieret.
hæc apud Venuleium scripta sunt. Quod autem additur, eadem Iulia
lege obstricto fuisse qui æs, in quo leges incise erant, reuoluerit, vel
quid immutasset, aut in publicis tabulis deleuisset, induxissetue: hæc
ego non ad peculatum, sed ad maiestatem reuelum. quod si precio
commisum id fuisse: ne sic quidem peculatus mihi videtur, sed dam-
nati potius maiestatis, & corruptus, & corruptor: quedam enim inec-
ta crimina in maiestatem conferebantur: neq; aliud crimen parebat la-
tius. atq; etiam, quod in lege Iulia peculatus ait Vlpianus scriptum
fuisse, ne quis ex pecunia sacra religiosaq; auferret, interceperit, in rem
suam verteret, non peculatum magis, quàm sacrilegium, fuisse existi-
mauerim. Hæc præterea sunt in crimine peculatus: si quis imperator
pecuniam ex præda captam penes se priuatim retinuisse, eamq; nec in
triumpho tulisset, nec in ætario retulisset. Pœna peculatus vel pecu-
naria fuit, vel capitalis. nam qui prædam ab hostibus captam surripue-
rat, in quadruplum damnabatur: ceteris autem aqua & igni interdi-
cebatur. postea interrogata est alia lege deportatio, abrogata interd-
ctionis pœna. Et quoniam, vt repetenda, ita peculatus publicum fuit:
eum fuit propterea, vt in repetundis, sic in peculatu æstimationes fi-
ciantur, contraq; heredes, vt scripsit Papinianus ad legem Iuliam
peculatus, actio dabatur. peculatum tamen, quod ante quinquennium
esset admissum, obici non oportuit, si Venuleio credimus. Ex libro
nostro de legibus Romanis.

P A R D E L L O, criminum omnium de maiestate fuit atrocissimum.
nam tunc est, cum in ipsam remp. vel in personam magistratus, aut
principis infertur iniuria. cognoscebatur autem non à prætore, sed à
11 viris. deinde ad populum erat prouocatio. itaq; Horatium il-
lum, qui sacrorem occidit, & Sp. Cassium Velleium, qui de regno cogi-
tauit, perduellionis accusatos, alterum à populo esse absoluit, alteri
condemnatum, & bonis publicis, necatum, Lilius monumentis histo-
riarum prodidit: quæque Horatii factum, patricium, non perduel-
lio, videtur fuisse: & lege patricij, quam Numa Pompilius fecerat,
iudicatum esse. Hostilij regis iussu, Pompeius docet. cur igitur perduel-
lionem Lilius nominat: nisi enim Rex, concilio populi aduocato, &
11 viros, inquit, qui Horatio perduellionem iudicem secundum legem, sa-
cio, causam hanc, forasse veram, licet opinari: vel quia Numa, vir san-
ctissimus, patricium omne perduellionem voluit esse, vel quia, si nō
omne patricium, saltem illud, quod in cognatos, affinesve committe-
retur. Lege perduellionis, primum 11 viros iudicabant; deinde ad popu-
lum erat prouocatio. declarat hoc oratio pro Rabirio perduellionis
reor: ex qua primum à 11 viris, deinde à populo de Rabirio iudicatum
esse, cognoscitur. quod etiam Suetonius tradidit. quanquam, multo an-
te, iudicem hoc de crimine populum fuisse, non modò Horatii proxi-
mo demonstratur exemplo, verum etiam ex eo, quod à Plutarcho in
Poplicola de Vitellio, & Aquillio, qui Tarquinia gentis vtriq; fuerit,
prodium est. nam, cum de Tarquinio rege reseruendo cogitasset,
damnari à populo pœnas morte debitas luerunt. Atq; hoc vno crimi-
ne damnatos necare ciues Romanos liquisse, cum eo tamen, si populus
ita iudicasset, (nam, alioqui ne liceret, Sempronius C. Gracchi tribuni-
cia lege sancitum est) factis plane constat: quippe, cum & erucem Rabi-
rio à Labieno accusatore in campo constitutum Cicero dicit; &, morte
lege Iulia interrogatum: postiores etiam Iurisconsulti tradiderint,
rei quoq; memoria post mortem condemnata. Notat Vlpianus, per-
dum fuisse crimen perduellionis etiam successoribus; si forte reus ob-
iisset anteq; de eo iudicatum esset. Quemadmodum autem omnid
de maiestate æriminum perduellio grauissimum fuit: sic à populo iis
comitis, quæ maxima omnium erant, centuriatis, inquam, iudicaba-
tur, quod in ea, quam proxime nominauit, oratione pro Rabirio decla-
ratur. idemq; Lilius, Valerijq; significant: qui ceteras nominant in
eo perduellionis iudicio, quod de T. Graccho, & C. Claudio ceterisq;
accusante tribuno pl. fiebat. nec dubito, quia Atilius ille Calpurnius,
Q. Fabij Maximi socer, quem scribit Valerius oppidi Soranorum pro-
ductione

ditione reum ad populum esse factum, centuriatis & ipse comitibus causam dixerit: cum oppidi prodigio, quæ in Rempub. grauis iniuria est, videtur esse perduellio: itaque minor, (ut aliud ex alio) eius prodictionem & maiestatem Pedianus quodam in loco separatim nominauerit: cum prodigio esse in maiestate includatur, atque etiam, ut ego existimo, perduellio sit, nisi sit species quomodo philosophi loquuntur, à genere se iunxit, perduellionem scilicet à maiestate, nam & vocabulum ipsum, prodere, videtur proprie ac directe perduellionem spectare. Est enim, ubi quis cum hostibus aduersus Kemp. conspirat. Ex libro de legibus Romanus.

P. A. T. I. C. A. à portando dicta, quasi portica. Ex libello variorum auctorum de limitibus.

P. L. E. B. E. I. plebeij Romæ multi fiebant ex patriciis, sicuti contra ex plebeis patricij, id cum fiebat adoptione, nomen mutabatur, quod opinor satis constare, cum vero non adoptione, sed aliquo privilegio aut à plebe ad patres, aut à patribus ad plebem transibant; conferuabatur nomen, quod Orestæ gentis exemplo Suetonius ostendit: ait enim, modo patriciam modo plebeiam fuisse, nomen conferuato. & Dio lib. x. i. i. P. Cornelium Dolabellam qui Ciceronis gener fuit, transisse ad plebem, tradit. ex quo postea tribunus ple. factus est Dolabella: nec desit esse Cornelius, sed desit esse patricius, nam lib. x. i. i. Epist. Fam. Cicero P. Cornelium vocat dicit eum qui Dolabellæ beneficio ciuitate à Cæsare victoriam Pompeio, donatus erat, quod factum est post illud tempus, quo transisse ad plebem Dolabellam scripsit Dio. video etiam in historiis tribunum pl. nominari Minucium Augurinum, factum videlicet ex patricio plebeum nomine conseruato, nam antea Minucius omnes patricios videmus. Ex nostro commentario in Epist. ad Q. fratrem.

P. L. I. M. I. T. I. S. quid sit, Hygeus in libro de limitibus declarat his verbis. Quæstori dicuntur agri, quos populus Romanus, de iustis pulchisque hostibus, possedit, mandauitque quæstoribus ut eos recundarentur, quæ centurie nunc appellantur Plintheides, id est laterculi: eadem in quinquagena iugeribus quadratas eliserunt limitibus, atque ita certum cuique modum vendiderunt. Idem in eodem libro sic. Sunt plintheides, id est laterculi quadrati, vti centurie per sena millia pedum. I. limitibus inclusi, habentes singuli laterculi iugera numero i. c. c. x.

P. A. E. N. O. M. E. N. Romana prænomina ad triginta fuisse, ex Varronis sententia tradit Valerius. hæc autem fuisse videntur, Agrippa, Appius, Aulus, Cæso, Caius, Cneus, Decimus, Hostus, Lucius, Mamercus, Manius, Marcus, Numerius, Opiter, Polthamus, Proculus, Publius, Quinctus, Seruius, Sextus, Spurius, Tiberius, Titus, Tullus, Vibius, Volero, Vopiscus, peregrina vero prænomina fuere, Ancus, Aruns, Lar, Lucumo, Metrus, Numa, Petrus, Pompo, Sertor, Tallus, Turnus, Volusus, de quorum prænominum origine, ac significatione, quoniam qui de nominibus modo scripsere, nihil dixerunt, nos ea scribemus, quæ à veteribus tradita, à nobis, quanta maxima fieri potuit diligentia, sunt collecta. Agrippa, Felto auctore, vocatus, qui cum labore matris sit natus, ex amplis causis in pedes contra naturam, & non in caput, id est ab ægio partu, item Nonius Marcellus, & Quinctilianus lib. i. x. Appius ex Sabinorum prænomine Actio venit, ut ait Valerius: idque Romæ Claudiorum fuit, quorum princeps Actius Claudus dictus est. de quo Livius lib. o. i. i. Auli dicti, qui dñs alenibus nasceretur, ut ait Valerius. Cæso, qui ex vtero matris excreuit: quod tradunt Festus, Valerius, Plinius lib. v. i. cap. x. Caius à gaudio partum appellatus, ut ait Valerius. Cneus vel ab insigni aliqua re, quasi *gignere*, vel à *gignere*, id est generatione futura, dictus tradit Valerius, & Festus. Quinctus, Sertus, Decimus, à numero dicti sunt, teste Varrone, ut, quinto, sexto, & decimo quoque loco esset natus, is demum primis temporibus Quinctus, Sertus, & Decimus diceretur. Hostus, inquit Valerius, fuit prænomen in eo, qui peregre apud hospitem natus est; fuitque prænomen Lucerii Tricipitini, collegæ L. Scigij consulis. Macrobius lib. i. Sat. qui in hostio procreatus esset, eum Hostum fuisse vocatum scribit. est autem mendum apud Valerium, Hospes enim legitur, non Hostus. quod autem legendum sit Hostus, ex eo intelligi potest, quod Livius Lucetium Tricipitinum, cuius meminit Valerius, Hostum vocat & in Consulibus Capitolinis scriptum est, P. L. V. C. A. E. T. I. V. S. H. O. S. T. I. U. S. Macrobius etiam lib. i. Hosti Hostij mentionem facit. Lucij duplex origo traditur à Valerio. aut enim à Lucumoniibus Etruscis dictus est, ut Lucumo Tarquinienfis, qui se L. Tarquinium appellauit; aut is demum Lucius appellatus est, qui lucis initio natus est, quod scribit etiam Festus, & Varro. Mamercus prænomen gentis Aemiliæ fuit, de quo Plutarchus in Numa, & Aemilio sic, Mamercus fuit Pythagoræ filius, à quo Numa Pompilius rex filium Mamercum nominauit, qui auctor, & princeps gentis Aemiliæ fuit. Festus autem prænomen Oscum esse putat, quod Osci Matrem Mamercum appellauerunt. Manius dictus est, qui manu est ortus; aut hominis causa, quasi bonus: manum enim antiqui bonum dicebant, quæ tradit Varro lib. i. de analogia, Valerius, Festus, Macrobius lib. i. Sat. Zosimus autem, Græcos historiarum auctor, lib. i. tradit, Manium in gentem Valeriam profectum esse à quodam Valerio, qui primus facta dñs Manius fecit. Marcus dictus est, qui mense Martio natus est, ut ait Valerius. De Numerio sic Festus: Numerius prænomen nunquam antea fuisse in patricia familia dicitur, quam Q. Fabius, qui vixit post sex & trecentos ab Etruscis interfectus superstit, inducus magnitudine diuinitatem vxorem duxit Otacilij Maleuentani, ut cum dicebatur, filiam, ea condicione, ut qui primus natus esset, prænomine aut materni Numerius appellaretur. & Valerius ita: Numerio sola patricia familia vixit Fabia, necirco quod, c. c. v. i. apud Cremeram nomen cæsis, qui vixit ex ea stirpe extiterat, ducta in matrimonium vxore filia Numerij Otacilij Maleuentani sub eo pacto, ut, quem primum filium sululisset, ei Numerij prænomen imponeret, obtemperauit, hinc mendose apud Ciceronem lib. i. de Diuinatione legitur ita: His adiugatur etiam somnium Aeneæ, quod innumerum Fabij Picloris Græcis annalibus scriptum est, cum sit legendum. Quod in Numerij Fabij Picloris, fuit enim alter Fabius Piclor prænomine Quinctus, qui de rebus Romanis laudine scripsit, Gellio, & Nonio testibus, qui eius scpe verba Latina profert, itemque Cicero de Legibus lib. i. qui eum inter historicos

Latinos numerat: at qui Græce iisdem de rebus scripsit, is videtur fuisse Numerius nominatus, quem tamen lib. i. Dionysius Quinctum nominat. Hac ratione in oratione pro Cluentio Numerius Aurius legitur, & lib. i. i. de Oratore Numerium Furium, & lib. i. de Diuina Numerium Suffucium, & apud Pedianum Numerium Quinctum. Opter dictus, cuius pater, duo viuo, mortuus est: quasi qui post obitum patris genitus sit, aut qui ob patrem autum habeat. quod prænomen Virgilio Tricostio consuli fuit, Valerius, & Festus. Posthumus, qui post humatum patrem est natus. Varro lib. i. de analogia, & Plutarchus in Coriolano, vi Posthumus Cominius, & Posthumus Arbutus: de quibus Valerius. Proculus, qui natus sit patri peregrinante patria procul, ut ait Plutarchus in Coriolano. Valerius autem, qui patre senex natus sit, quasi procul ætate progrosso, eum Proculum esse vocatum dicit. Publij, aut Valerius, qui prius pupilli facti erant, quàm prænomina haberent, alij, omnis causa à pube. Seruius est: primum dictus est, quem seruens mulier peperisset, ut de Ser. Tullio rege scribit Dionysius. at Valerius, qui, mortua matre, in vtero seruatus est. Spurius dictus, qui sine patre esset, antiqui enim iisdem literis S. P. Spurius, & sine patre, scripserunt, quod à Plutarcho in quaestionibus, & Valerio traditum est. Tiberij, aut Valerius, dicti qui ad Tiberim nascerentur. De Tito controuersia est, Valerius à Sabinis quodam, nomine Tito, manasse ait: Festus à titulo: titulos autem milites fuisse, quod patriam tuerentur, quasi titulos. Tullus omnis causa dictus est, quasi tollendus, o litera in uersa quod à Valerio proditum. Volero, inquit Valerius, in prænomine abiit quia volentibus nasci liberis parentibus videbatur, quo vsus est Publius Philo, qui nominatur in anno c. c. c. x. i. i. Capitolino. Vibum prænomen est, indicat anus c. c. c. Capitolinus, ubi est ita: P. S. S. T. I. V. S. Q. F. V. I. B. N. C. A. R. T. O. L. I. N. V. S. memque Livius lib. x. v. i. Vopiscus dictus, qui ex duobus conceptis vno abortu excludo ad partum legitimum deducitur: quo prænomine præcipue Iulia gens vsa est. Valerius, Festus, Plutarchus in Coriolano, Plinius lib. v. i. cap. x. Hæcenus de Romanorum prænominum vi, ac significatione: nunc de peregrinis, quorum est ratio, & significatio. Ancum scribit Varro à Sabinis ortum. Valerius autem tradit eum Ancum esse appellatum, qui vitulorum habuit cubitum, qui *ἀνκων* Græce dicitur, cui etiam Fells assentitur. Ancus enim, inquit, ille vocatur, qui aduncum habet brachium ita, ut regi non possit. hinc Ancus Martius Rex, & Ancus Potibius Imperator Lanuuius contra Hostilium regem, Dionysio auctore. Arruntem, & Lucumoniem Etrusca prænomina fuisse, scribit Dionysius, itaq. Arruntem Tarquinium, Surrerbi regis filium, & Arruntem Tolumnium, Porfense filium, legitur. Volusus Sabinum fuisse: quoque vsus est pater P. Valerij Poplicolæ, Luito, & Capitolinus (apud antiquos auctoribus, quamquam Græci *δελαιος* vocant. Latius prænomen, ut tradit Valerius, à laribus sumptum est. Tulum autem ante creditum est esse, sicutque consulis Herminij, idem fere Cæcilius, & Præcilianus lib. v. i. Lar, si familiaris est, facit Laris; si Tolumnij Porfense, Laris; & Seruius in v. i. Aeneidos: Lar Tolumnius, à Cossio occisus, à loco dictus est, hæc autem, Lar Laris, & Livius lib. i. i. i. Daurus, quod Lar Tolumnius dedisset, & Cicero Philippica i. x. Lar Tolumnius, Veientium Rex, de Larre Porfense ita Dionysius lib. v. i. *Ερμιόνης δὲ ἀλυσσάτορος ἀδελφὸς ὄντας, κερταίαν ἰσχυλῆσαν.* Quod autem hoc prænomen Herminij consulis fuerit, ut ait Valerius, id etiam ex Dionysij lib. i. x. cognoscitur: quo ita anno c. c. c. x. i. i. consul scribitur *ἀλφειοῦ ἱερῆος* & à Diodoro *ἀλφειοῦ ἱερῆος*. Ex his autem intelligi potest, quàm vere scripserint quidam in nominibus, ita: Postea quàm in urbem migrarunt Sabini, dupliciter nomine ceperunt, ut Numa Pompilius, Ser. Tullius, Larres Porfense, quamvis hoc nomen Etruscum fuerit, in quo prænomine Larres sciendum eo veluti prænomine vsos veteres. Seruius interpret Vergilianus ab oppido dictum putat, itidem Plutarchus in Publicola existimat, qui tamen *ἀλφειοῦ* scribit, sed male. Hæc illi, quàm autem vere, ipsi viderint, neq. enim Larres Porfense duobus tantum nominibus vsus est, cum ex Tolumnia gente fuerit, Seruius, quem ante nominauit, auctore: nec Larres in recto casu dicitur, sed Lar: quod superioribus testimoniis comprobatur est: nec Seruius Larrem ab oppido dictum ait, sed à loco: nec item Plutarchus vltio in libro, ne dum in Publicola, ab oppido dictum scribit: neque item est apud Plutarchum *ἀλφειοῦ*, sed *ἀλφειοῦ*, quamquam mendose: inquit enim, *ἰσχυλῆσαν κερταίαν πορταίαν*: cum sit legendum ex Dionysio, *ἰσχυλῆσαν πορταίαν*. Cuius igitur hoc illi dixerunt, quia interpretem legerunt, qui ita vertit: Supplex ad Larrem Porfensem confugit. illi vero in Græcis libris versati, quid in Græco codice esse deberet, intelligentes, illud, quod non erat, esse assuauerunt. Metius Albanorum prænomen fuit, ut in Metio Fulerio; & Sabinorum, ut in Metio Cuius; & Latinorum, ut in Metio Geminio, & Metio Ostauio, de quibus Livius. Numa Sabinorum fuit, ut in Numa Pompilio rege, & in Numa Marcio pontifice maximo. Pompeius prænomine vsus est Pompo Pompilius, Numa regis pater: quod scripsit Dionysius in Numa, & Livius lib. x. i. i. itaq. Numa filium etiam habuit nomine Pomponem, qui ex se gentem Pomponiam propagauit, auctore Plutarcho, quamquam quidam imperire Pompilij filium Numam esse scripserunt. Tallus Sabinorum prænomen fuit: de quo Festus. Dionysius etiam cum Tatius rege Sabinorum Romam commigraisset ait Tallum cognomine Tyrannum. Turnus Latinorum nomen fuit, ut in Turno Herdonio Aricino. Sertor, auctore Valerio, dictus est, qui per farionem natus esset: eoque prænomine Sertor Relius vsus est, is, qui primus ius feciale instituit. Festus autem, Sertorem à prendendo dictum à quibusdam, ait: quia, cum cuiuspiam afferat manum educendi eius gratia ex seruitute in libertatem vocetur adfertor: cum veritumilius sit, dictum, quod sereret quidam ac potius adfertorem à ferendo accepisse nomen, cum aliquem ferat, petendo in libertatem eandem, qua ipse sit, id est iungat, quia fruges, cum seruntur, terræ iungit. Satiurn prænomen à stabilitate dictum, tradit Festus: seruile autem nomen fuisse, Gellius. Nunc ostendamus, quæ ratione hæc ipsa prænomina scriberentur. Romanorum prænominum alia singulari, alia bis, alia ternis literis scribi solita, eum à veteribus traditum, cum ab antiquissimo quoque lapide, nummoque

& ex Dionis historia: Sed arguit nescio quis, ut decem praetores ostendat hoc modo. Praetores publicis quaestionibus praerant: verba quaestiones erant septem, inter scarios, de repetundis, peculatus, de ambibus, de maiestate, de vi, de falsis, crimen veneficii, & alia quaedam completabantur, ergo, cum septem essent quaestiones, & quaestiones inter scarios duo praetores praesent, quod patet ex oratione pro Cluentio, reliquis autem singuli praetores fuisse praetores octo, qui quaestionibus praesent, & duos praetores, quorum alter inter cives, alter inter peregrinos ius diceret, necessarium videtur dixi iam, non esse agendum coniecturis, aut argumentis, ubi veterum testimonia perspicua sunt: nec vero illa, quae iam attuli, obscura videri possunt. Quod vero ad numerum quaestionum attinet, diversa ratio est: nam si numerum praetorum ad numerum quaestionum accomodabimus, non modo plures quam octo, sed plures etiam quam decem creati praetores necesse erit. est enim quaestio de falsis, est de parricidio, inter scarios, de iniuriis, de veneficio, de vi, de ambitu, de maiestate, de repetundis, de peculatu, de incestu, alia: ego autem ad argumentum illud, ne quis eo in aliquam dubitationem vocetur, ita respondeo: primum, praesent potuisse vnum praetorem quaestionibus pluribus, sicuti non vnum praetorem, sed duo quaestiones inter scarios quandoque praesentur: possunt, exempli gratia, sex praetores ita distincti crebritate iudiciorum, ut novis exoriantibus quaestionibus vacare non liceat: potest eo tempore septimus praetor (reliquis erat vnum verbanus, qui non querebat, sed ius dicebat) in ea quaestione minime occupatus esse, quae forte illi contingerat. hic, non dubito, quin ad eas quaestiones exercendas decreto senatus traduceretur, quibus vacare sex reliquis praetores non potuisse iam dixi: non enim committendum, ut impunita crimina differantur, nec sit locus quo nocentes tunc adducantur. Age vero, concedatur quaestiones ab vno praetore plures exerceri non licuisse, sequiturne necessarium, ut idem plures, quam octo, fuerint: non sane, mihi quidem ut videtur: nisi si mihi illud ante rationibus probetur, quaestiones non potuisse ab aliis, quam à praetoribus, exerceri: quod si quis aggrederetur probare, forte hæc erit. At nostra ratio quomodo procedit optime videlicet: nuncur enim testimonio veterum: à quo ego, quantum in me est, do operam ut ne differam, quid igitur veteres testantur praesentisse & publicis quaestionibus, & capitalibus, qui praetores non essent: qui iudices quaestionis dicebantur, nam quaestiones de veneficio, quam exercebat praetor Q. Voconius Naso, apud quem Cicero Cluentij causam egit, exercebat ante Cluentium, non ut praetor, sed ut iudex quaestiones, qui & quaestor vocabatur, patet ex oratione pro Cluentio: patet etiam ex Aconij commentariis, iudicum autem quaestiones duo fuisse genera, alios praetores ut Q. Voconium Nasonem in causa Cluentij, alios non praetores, ut C. Iunium in causa Oppianici, multis verbis demonstratum est à nobis in libro de legibus: haec ratione duos locum illum in oratione pro Cluentio, in quo sex praetores cum nominasset Cicero, Q. Voconium Nasonem, M. Pterotium, C. Flaminium, se ipsum, C. Aquillium, subiunxit, Quid reliquæ quaestiones? quibus ex verbis reliquos praetores intelligi, falso coniecit is, quem supra significatione tantum, ne cui videamus voluisse detrachere, appellauimus. vel enim, ut dixi, de iisdem praetoribus ibi nominatis, qui reliquis illas quaestiones exercere possent, licet intelligere; vel, quod iam probavi, de illis quaestionum iudicibus, qui cum praetores non essent, quaestiones tamen non modo publicis, verum etiam capitalibus (nec enim publicæ capitales omnes erant) iudicium praerant. Reliqui duo praetores, Ciceronis collega, P. Cassius, & C. Antonius fuere. Cassius de maiestate quaesivit: Antonium cum reliqui septem, quos nominauimus, omnes quaesierint, praetorem verbanum fuisse, iusque dixisse, necesse profusum est. Hic terneris, inquit, octo praetores nominasti, & peregrinorum omnibusque adiungi necesse est: si adiungitur, plures erunt, quam octo. Explico me Pedianij operis eleganter, pleniusque antiquitatis ac veritatis libellum non me peruenit iniquum legendo contriuisse: igitur in commemoratio orationis aduersus Antonium, & Catilinam, praetoria eum, qui de repetundis quaerere, eundem ius inter peregrinos dixisse demonstrat, quod nec à ratione videtur discrepare, non enim ciuium, sed sociorum, hoc est peregrinorum, causa iudicia repetundarum sunt infestiora. iure igitur idem praetor & ius dicebat inter peregrinos, & ius petentibus, de repetundis quaerebat, quod cum ita fecit inter peregrinos praetorem Ciceronem dixisse, qui de repetundis quaesivit, pro certo putandum est, verum Pedianij verba, ut eius testimonio res pateat, subseruamus. Antonius, inquit, multos in Achaia spoliauerat, nactus de exercitu Syllano equitum turmas deinde Graeci, quos spoliauerat, educerunt Antonium in ius ad M. Lucullum praetorem, qui ius inter peregrinos dicebat, & cum Lucullus id, quod Graeci postulabant, decreuisset; appellauit tribunos Antonius, iurisque se ideo appellare, quod æquo iure uti non posset, quem locum & Plutarchus attigit in vita Caesaris, sed ita mendose, ut mihi cum in rebus Romanis tam turpiter esse lapsum. primum P. Antonium nominat, qui Caius fuit; deinde Macedonia praetorem appellat M. Lucullum, qui praetor Romæ suiteretio, de corruptis iudiciis accusatum ait Antonium, qui accusatus est de repetundis: postremo, tradit cum ideo tribunos pl. appellasse, quod sibi non licere cum Graecis diceret æquo iure in Graecia contendere: cum appellare in provincia ad tribunos pl. qui Romæ erant, nemo solet, quæstus potius ad senatum socij veniebant, nec de corruptis iudiciis, sed de pecuniis ereptis, aut de nec iniusta, aut huiusmodi flagitiis: de quibus aut ad praetorem, aut etiam ad populum quandoque agebat accusator, quare Plutarchum hoc in loco non puro posse ab infentia culpa vindicare. Hæc paulo fultus tradidimus, non ambitione adducti, sed studio veritatis; ne confirmaretur opinio illa de decem praetoribus ante bellum ciuile Caesaris & Pompeij. Ex nostris commentariis in Epist. ad Qu. Frat.

P. R. O. P. A. N. V. M. dictum id, quod, cum sanctum fuisset, postea in usu hominum factum, hoc est extra sanum. Ex Aggeno de limitibus agrorum.

P. A. O. R. I. limites dixi, qui spectabant ad Orientem: transuersi, qui ad Meridiem. Id. Hygino.

P. A. O. V. I. N. C. I. A. exponemus, quot omnino in diuione populi Rom. pro-

uincis fuerint, & à quibus quove anno captae, tum, quæ consulares, quæque praetoriae. Quo anno M. Cicero Ciliciam pro consule administravit, qui fuit ab urbe condita D. C. C. I. I. M. Marcello Ser. Sulpicio cois. provinciae x. v. fuerunt in diuione populi Rom. Sardinia, Corsica, Sicilia, duæ Hispaniae, citerior, vltior; Asia, Aetolia, Macedonia, Illyrium, Dalmatia, Africa, Achaia, Gallia duæ, cisalpinæ, transalpinæ; Cilicia, Bithynia, Pontus, Creta, Sytia, Cyprus, quibus ex omnibus provinciis vestigal capiebat annum resp. ut à Plutarcho traditum est, octuagies quinquies decies centena millia. Sardiniam cepit, inter primum & secundum Punicum bellum, consul T. Manlius Torquatus: de qua triumphauitque prima, anno vrbis D. C. X. I. I. provinciam populi Rom. facta est, nullis ad eam componendam x. legatis: quod in faciendis provinciis seruatum est. Corsicam vicit, ac provinciam fecit C. Papirius Maso consul, & à senatu populi Rom. non impetrato, ipse de sua sententia in monte Albano primus triumphauit, anno D. C. X. I. I. & hanc vna cum Sardinia semper vnius rexit magistratus Romanus. Siciliam primus vicit, magnæque ex parte provinciam fecit Q. Catulus primo Punico bello: post aliquot annos, capitis Syraculis, vniuersam in provincie formam redegit M. Marcellus bello Punico secundo, aut certe, qui ei successit, M. Leuius, nam de Marcello Vellesio tradit: debellatum vero in Sicilia à Luino potius praetore, quam à Marcello consule, & Cicero in Verrem, & Leuius significat. Marcellus quidem, securus exemplum Papirij Masonis, in Albano monte triumphum egit, vrbemque ouans est ingressus. Hispaniam tum à Scipione Africano maiore, secundo Punico bello, tum, aliquot post annis, M. Catonis Censorij virtute, multis victoriis domita: & in eas magistratus Romani modo pro consulibus, modo pro praetoribus ierunt, variae tamen possesse, & ut ait Vellesius, saepe partibus amissa, certa ac stabilis esse populi Rom. possessio, stipendiumque pendere non prius, quam Augusto principe ceperunt. Aham cis Taurum montem bello Antiochiano L. Scipio, maioris Africani frater, profectus in eam consul, ad imperium adiunxit, & post consulatum proximo triumphauit, ab urbe condita D. C. X. I. I. post eam possedere beneficium senatus populi; Reges Attali, donec M. Perperna consul Arithonicum, qui eam, Attalo rege mortuo, occupauerat, deuicit, ac cepit. eam tamen in provinciam formam non Perperna, sed, qui ei successit, M. Aquilius consul redegit: qui etiam de Arithonico triumphauit, anno D. C. X. I. I. Aetoliam M. Fulvius Nobilior subegit. bellum gerere cepit consul, pro consul confecit, & triumphauit biennio post, anno vrbis D. C. X. I. I. Macedoniam x. l. diebus deuicit consul iterum L. Aemilius Paullus, anno D. C. X. C. V. I. neque tamen provinciam fecit, sed de sententia x. legatorum, quos ad componendam Macedoniam atque Illyrium senatus de more misit, Macedonas omnes liberos esse iussit; & vniuersis legibus vicerent, suas vrbes, & agros haberent, magistratus annuos crearent, permiserit; veteris etiam stipendij, quod regibus penderant, dimidia parte releuauit: anno proximo, Persæ rege inter captiuos Romam ducto, triumphauit. provinciam vero Macedoniam fecit anno vrbis D. C. V. I. Q. Metellus, is, qui ex ca pro praetore triumphauit, & Macedonia cognomen est adeptus. hanc provinciam postea cum Achaia coniunxit, & quæ duabus vnam fecit, rogatione perlata, P. Clodius tribunus pl. & vtrunque L. Pisoni, quasi primum, quod in Cicerone citando consensit, dedit administrandam. Illyrium, & Dalmatiam eodem anno, quo Macedoniam Paullus, L. Anicius praetor debellauit, & vnam provinciam fecit, triumphauit, post Paullum aliquot diebus, rege Illyriorum Gentio cum fratre, coniuge, & liberis aut eorum ducto. Carthaginem & Numantiam, illam Africæ, hanc Achaiae caput, exciderunt eodem anno, & triumphauit, Scipio Aemilianus, & L. Mummius, relique inde Scipio cognomen Africani, Mummius Achaici, factæ sunt provinciae duæ Africa, & Achaia. Africam autem intelligo regionem vniuersam, quam Carthaginenses possederant, nam Numidia, & ipsa pars Africæ, Massanise regnum fuit, Syphace superato; paratque regibus, & à C. Cesare deinceps, post Scipionem, & Iubam, Mauritaniam regem, deuictos, in formam provinciae redacta. Mauritaniam vero, & ipsam in Africa, multis post annis Caligula Imperator in duas provincias diuisit. Galliam cisalpinam puro provinciam esse factam eo tempore, cum M. Marcellus, is, qui consul quinquies fuit, primisque Annibalem acie vicit, Virtutum Gallorum regem singulari certamine occidit, & quæ Gallis Insulubris triumphauit, anno D. C. X. I. I. patet enim provinciam esse factam, quia coloniae plures annis sequentibus eò deduxit. Transalpinam vero Galliam, quæ Narbonensis quoque dicta est, Q. Fabius, L. Paullus nepos, deuictis Allobrogibus, vnde cognomen sumpsit, in provinciam formam redegit, anno D. C. X. I. I. Ciliciam perdomuit P. Seruilius pro consule; qui, quod Isauron, Cilicæ arcem, cecidit, Isauricus est dictus; triumphauitque anno D. C. X. I. I. ex eo tempore Cilicia provincia fuit. Bithyniam populo Rom. Rex Nicomedes, ut antea Rex Attalus Asiam, testamento reliquit: & simul cum Ponto, in quo Mithridates regnauit, vna provincia fuit, Bithyniaque nomine appellata, vtriusque vero provinciam fecit, Mithridate vicit, Pompeius Magnus pro consule, triumphauitque anno D. C. C. I. I. eisdem Pompeij lex à Plinio Iuniori in epistolis memoratur, Bithyniam & Ponticis darane quas annis x. x. minor magistratum caperet, neve in senatu esset; qui vtero magistratum cepisset, ei liceret in senatu esse: ne decuriones, in curiam à censoribus lecti, pecuniam pro introitu darentur, ut senatores certis de causis à censoribus ordine mouerentur: ut Bithynicis ciuitatibus adscribere sibi, quos vellent, ciues liceret, dum ne ciuitas essent alitæ, sed harum quinque ciuitatum, quæ essent in Bithynia, æque hæc à Pompeio sunt ad exemplum Romanæ ciuitatis instituta. Cretam debellauit Q. Metellus pro consule, & triumphauit anno D. C. X. I. I. Creticæque postea nominatus. Syria, Pompeij Magni singulari virtute, vltimo bello Mithridatico victa, leges accepit, provinciarumque populi Rom. numerum auxit, triumphauit ex ea Pompeius pro consule, item ex Asia, Ponto, Armenia, Paphlagonia, Cappadocia, Cilicia, Scythia, Iudæis, Albanis, Iberia, Creta, Balearibus, praeterea de regibus Mithridate, & Tigrane, anno D. C. C. I. I. Cyprus vltima, stante Rep. provinciae formam redacta, missa in eam M. Catone quaestore cum iure

quæstioni præfuerat. adde etiam illud, si placet: tum est condemnatus, cum esset iudex quæstionis. & alio loco: Quæstus tribunus pl. convici-um C. Junio iudici quæstionis maximum fecit. non fuisse autem prætorum, aperte, sic inquam aperte, v. clarius esse nihil possit, idem demonstrat in eadem, his verbis: In hac flammam recentem C. Lu-tum, qui illi quæstioni præfuerat, iniectum esse memini, & illum, ho-minem ædiliem, iam prætorum opinionibus hominum constitutum, de ciuitate esse sublatum. ecce, non prætorium, sed prætorum opinio-nibus hominum constitutum dicit: quod, eum prætorum sine dubio futurum, homines opinarentur. prætor autem si fuisset, non eum ædili-cium, sed prætorium vocasset. laudabant enim veteres, vbi ornare ali-quem vellent, ab eo magistratu, quem postremum gessisset, itaq; homo ædilius, prætorius, consularis, dicebant. Præterea, cum prætores in le-ges non iurauerint, neq; sententias tulerint, quod & Cicero & Pedianus docent; à iunio autem iudice quæstionis ideo multa petita sit, v. in ora-tione pro Cluentio legimus, quia in legem non iurasset; (erat enim illi iurandum idem, quod iudicibus, leges omnino se esse in ferenda sententia seruaturum) satis constat, iunium, cum de Oppianico quæsiuit, prætorum non fuisse. Quod si quis dixerit, non tam iunium iudicem quæstionis, quam Verrem prætorum, an illa Oppianici causa quæsiuit; quia Pedianus ita dicit: Iunius quæstor fuit in Cluentii causa, Verre prætor, & quia idem alio loco fortitionem, & subfortitionem à Verre prætorum factam tradiderit: huic ita responderi poterit: fortitionem, & subfortitionem non illius modo iudicij, verum etiam aliorum ideo petitiuissæ ad C. Verrem, quia prætor vrb. erat. quod ipse declarat Ci-cero in ea pro Cluentio. prætor autem verbanus de criminibus non quærebat, quare nec vquam quæstor dicebatur, sed ius tantum dice-bat, hoc est iudices, & formam iudicij dabat. idemque iudices, quibus alij prætores ad cognoscendas capitales causas vterentur, fortebatur, & subfortiebatur. quod ex Pediano, & ex ipso etiam Cicrone satis li-quet. Accedit locus ex lib. i. accusationis in Verrem: quo in loco Q. Curtium iudicem quæstionis appellat Cicero, in causa Veris repetun-darum: de qua prætor M. Acilius Glabrio cognoscebat, cumq; Curtium ait Pedianus à Cicrone esse reiectum. illud addo, cum iam docuerim, iudicem quæstionis, & prætorum, & non prætorum, de crimine capitali cognouisse, tertium genus iudicij quæstionis inieritum fuisse, quo-rum ius cognoscendi non esset, sed tantummodo fortitendi. quod locus de Q. Curtio proximus iam ostendit, quem cognouisse de repetundis, absurdum est credere: cum, in ea causa prætor quæsiuit Glabrio, cum Cicrone, & Pediano satis constet. itaque tertium hoc genus quæsto-ris dici non poterat: duo illa superiora genera, quoniam quidem quærenter, quæstiones & erant, & proprie dicebantur. Ex libro nostro de legibus Romanis.

QUÆSTOR. Creator, regnante Romulo, quæstores, Vlpianus prodidit à iunio Gracchano tradidit in iis libris, quos de potestatibus inscripsit. idem tamen hæc subiungit: Sicuri dubium est, an Romulo & Numare-gnantibus, quæstor fuerit: ita, Tullio Hostilio rege, quæstores fuisse certum est, & hoc crebrior opinio est, Tullum Hostilium primum in Reip. quæstores induxisse. Fuit autem quæstura patricius magistratu-s, nec à principio, multisq; deinde per annos, nisi solis patricijs da-tus est. postea non tam quæstura, quam reliquis omnes magistratus plebi communicatos animaduertit. Ex libro nostro de legibus Romanis.

RELIGIOSA loca sunt, quæ sue locorum iniquitate, siue arbitrio condi-toris relicta, licentes non acceptunt. hæc sunt iuris subsecutorum, sicut etiam quæ dicuntur extralocum. Ex Frontino de limitibus. Relicta etiam loca nominat Cicero oratione 1. in Rullum.

REPETUNDÆ, crimen capitale, necne, fuerit, dubitatur à doctis. ve-rum omnem dubitationem tollit vna distinctio. prioribus enim tem-poribus capitale non fuit: postea, cum avaritia magistratum haud paulo latius manare iam in prouincijs coepisset, visum est, vt actionibus remedijs obuiam iretur. itaque, lege lata, capitale crimen factum est. vtrumque probatur exemplis. L. Lentulum, de repetundis damnatus, postea cum L. Martio Censorio censores esse factum, tradit Valerius lib. v. i. Quo patet, damnatione ius Romæ manendi ademptum illi non esse; si quidem censuram sit affectus: quam gessit anno ab vrbe condita o c v i. idem illa confirmant, quæ scripta sunt lib. i. Rhetoricorum ad Herennium: Lex vetat eum, qui de repetundis damnatus sit, in con-icione orationem habere. augur quidam, damnatus de repetundis, in de-mortui locum qui petat, nominatur. veteris enim legis, non eius, quæ postremis Reip. temporibus lata esset, exemplum videtur attulisse: cum libro de Officiis 1. ita loquatur Cicero: Proximæ quæq; leges de repe-tundis duriores. Hæc, manifeste Romæ primis illis temporibus, qui iam de repetundis damnati essent, facile demonstrant. Rursum, capitale crimen fuisse, cõq; damnatos exulasse, interdictis aqua & igni, A. Ga-binij, & C. Veris exemplo cognoscitur. quod si quis obiecerit, non eos lege exulasse, sed quia, cum soluendo non essent, aut omnino cum nol-lerent soluere, voluntarium in exilium profecti sint: adiungemus de C. Carone quem & esse damnatum de repetundis, Cicero in Verrem, Vel-leiussq; tradunt; & exulasse Tarraconem, ex oratione pro Balbo perspi-cuum sit: cum tamen æstimata ei his esset tantummodo 43 x v i i i millibus. vt exulasse videatur, non, quod fortasse posset aliquis de Ga-binio & Verre suspicari, ne solueret quod æstimatum erat; quod mini-mum sane pecuniæ fuit; sed quia legi, quæ repetundarum damnatis aqua & igni interdiceret, parere cogebatur. Est etiam apud Velleium P. Rutilij exemplum, repetundarum lege damnatus: quem exulasse, & Cicero in oratione pro Balbo, & epistole Luciana lib. 1. x x declarat, Verum, hæc sunt dubia, quæ tamen satis aperta mihi quidem videntur: Pedianus testimonio nihil certius, nihil illustrius, vbi exponit il-lud Ciceronis in Verrem lib. 1. Anatrius supplicio communis subiungit, æstimatione litis, & exilio; satis manifeste exilium cum pecuniaria pena in repetundarum crimine coniungens. Actionem fuisse in hoc crimine aduersus heredes, nisi si rei in reatu, vt Iurisconsulti loqueban-tur, perisset, cum ex ipso cognoscitur Iurisconsultis, tum Valerius indi-cat his verbis: C. Licinius Macer, vt prætorius, Calpi patet, repetun-darum reus, dum sententia diceretur, in Mamianæ conficiendæ deinde M. Ciceronem, qui id iudicium egebat, prætextam ponentem cum vi-

disset, missi ad eum, qui diceret, se non damnatum, sed reum perisse, nec sua bona posse subici: ac protinus sudario, quod forte in ma-nu habebat, ore & faucibus coactis, incluso spiritu penam morte præcurrit. qua cogita re, Cicero de eo nihil pronuntiavit, igitur illu-stris ingenij orator ab inopia rei familiaris, iustitiam patris fati ge-nere, vindicatus est. Penam vero damnatis de repetundis, quod ex Pe-diano satis liquet, dupli fuit. Lex per annos o c hoc de crimine lata Romæ nulla est: consilijlibusq; Censorio & Manilio L. Pilo trugæ tri-bunus pl. primum de repetundis rogationem tulit, vt Cicero lib. 1. de Officiis & in Bruto docet. eodemque anno, aut certe proximo, alia lex à Cæcilio tribuno pl. lata est: qua damnatum L. Lentulum, cum, de quo proxime meminimus, qui postea censor fuit, prodidit Valerius lib. v. 1. alia deinde leges de repetundis, Seruilia, Acilia, Cornelia, Iulia: quibus singulis aliquando iudicia sunt administrata. nam postior quæque proximam superiorem abrogauit, sic tamen, vt quædam retineat, atq; adeo interdum multa. non enim dubito, quin, quot in rebus citius re-petundarum Seruilius constituit, idem in rebus, aut omnibus, aut ple-risque, idem crimen Acilius, cum suam legem ferret, esse voluerit: pen-am vero semper fere auxit posterior lex, & iudicij rationem aliqua re-multa mutauit: itaque C. Seruilius Glauca, (sedeo enim ad quatuor leges, quæ proxime nominauimus, qui cum Saturnino tribuno pl. prior est occisus, cum de repetundis rogationem ferret, nouum de compen-dinatione caput primum intulit, intrinsecus spatium hoc iudicij tempus conclusit, vt accusatori dies viginti ad agendum, totidem defensori ad defendendum darentur. ante hanc legem amplari quidem licebat, compendinari vero in iudicio repetundarum non licebat. quorum alterum lege Seruilia confirmatum, alterum, nulla in veteri lege te-nitum, sed nouum inductum, Acilia sustulit, qua de re Pedianus sic: Ante legem Glauca de compendinatione, aut itatim seneciora dicebatur, si absoluebat esse reus: aut, amplius, pronuntiabatur, si videretur esse damnandus, cum dixissent iudices. Non liquet, hoc est, obscura causa est: itaque ea pars, interposita dilatore, dicebat, in eius peroratione videbatur obsecratur. compendinatio vero vtriusque partis reuocatio est. Aciliam legem, quam tulit M. Acilius Glabrio, patet eius, qui Veris in causa prætor fuit, seuerissimam fuisse, Cicero lib. 1. in Verrem, & Pedianus tradunt, nec enim ea lege compendinari, aut amplari reum dicebat. itaque multi, nulla omnino, neque compendinationis, neque ampliationis, dilatoris interposita, semel accusati, semel dicta causa, semel auditis testibus, ea lege damnati sunt. Quod autem cum loco Cicero dixit. Ego tibi illam Aciliam legem restituo, non dixit, restituo, quasi de lege ante Seruiliam lata, sed habuit rationem præsentis tem-poris, cum ex lege Cornelia, non iam ex Acilia, de repetundis quære-batur. Acilia enim tollebat omnino & compendinationem, & am-pliationem: quæ vtraque, compendinatio quidem certe, lege Cor-nelia, permittitur. id Cicero significat satis aperte, cum dicit: Adimo enim compendinatum: quod habet lex in se molestissimum, his vt causa dicatur. & in eo: Glauca primus tulit, vt compendinaretur reus. nam, si primus Glauca, ergo aliquis post eum item de compen-dinatione tulit, cum autem Aciliam constituit non fuisse. id quod ostendimus. fuit igitur L. Sylla: cuius ex lege eo tempore iudicia de repe-tundis administrabantur. idemq; declarat Pedianus, cum ait, ideo te-stibus vltim esse Cicronem, vt, si posset, compendinationem tollerret. frustra enim Cicero conatus esset tollere, ac ne conatus quidem esset, si necessaria fuisset. Cum autem subiungit, Ita miram in consilium, vt, etiam si lex ampliandi faciat potestatem, tamen isti turpe sibi existiment, non primo iudicare: hoc dicit: Ita testes interrogabo, ita scelera Veris patefaciam, vt, etiam si lex Acilia, quam, quod ad me attinet, tibi restituo, (adimo enim compendinatum) permittat id, quod minime permittit, dilatoris videlicet, iudices tamen, haudquaquam amplian-tes, (compendinationem non nominat, quia compendinatio, non iudicium, sed accusatoris, & defensoris erat, cum, eorum alterutro pe-nter, fieret; amplio vero iudicium) magnitudine criminum, & vi probationum inspecta, sibi turpe ardeat non primo iudicare. Ex, quod Aciliam Cicero mississimam vocat, quam Africanus seuerissimam; vterque testis seuerissimam, si cum veteribus, mississimam, si cum Cor-nelia conferatur. Hæc pluribus verbis, quia locus Ciceronis in Verrem satis habet obsecratur: & in eo interpretes omnes implicari, tanquam in salebra hæserunt. Cornelia, L. Sylla dictatoris, fuit, vt postior quæque lex, durior, quam Acilia: resti compendinationem concedebat, quam Acilia tollebat, sicuti lex Glauca durior, quam verus: cum ta-men Glauca lege compendinari posset reus, veteri lege non posset. id Cicero significat his verbis: Vtram putas legem molliorem opinor, illam veterem eodemq; modo seuerior, quæ consecuta est, Iulia, quam Cornelia, quod idem Cicero scripsit in oratione pro Posthumo. Sunt autem lege Cornelia iudicia de repetundis omnia vsq; ad C. Cæsaris, qui postea dictator fuit, primum consilium administrata. consul enim Cæsar nouam de repetundis legem rogauit. cuius quidem capita, quæ ex veterum scriptis liceat colligere, hæc maxime fuerunt: vt repeteretur pecunia, quæ quis in magistratu, potestate, curatione, legatione, vel quo alio officio, munere ministeriove publico cepisset, vel aliquis ex cohorte ipsius: vt vrbani magistratus ab omni sorte de abstinerent, nè plus doni munereve in anno acciperent, quam quod esset aureo-rum centum: nè quis ob iudicem arbitrumve dandum, mutandum, iubendumve, vt iudicaret; nè ob hominem in vincula publica con-ducendum, vincendum, vincitive iubendum, vel ex vinculis dimittend-um; nè quis ob hominem condemnandum, absolueundumve, nè ob licem æstimandam, iudiciumve capitis pecuniæve faciendum, vel non faciendum aliquid acciperet. quæ verba non minus pertinebant ad prouinciales, quam ad vrbianos magistratus, item, ne quis omnino ob negocium faciendum, vel non faciendum, per calumiciam pecu-niam acciperet. Cautum præterea, ne prouinciæ præsidum avaritia premerentur, aut exhauserentur, nec illi, qui prouinciæ regebant, quive cit-æ eos erant, negociarentur, nec mutuum pecuniam darent, licitissime exciperent: neque hoc tantum; sed ne vxorem quidem ducere quis-quam posset ex ea prouincia oriundam, vel domicilium ibi habentem; nè filio vxorem ducenti conferrent: ne iis in liberos populos ius de-

pecuniis creditis dicere liceret: item, ne quis de provincia exiret, aut exercitum inde sua auctoritate educeret, bellum sua sponte gereret, in regnum alienum iniussu senatus ac populi accederet: vel libertas sociis, ac praemia, ob merita in Rempublica, integra essent: ne cuiquam autem coronatum aut impetare, aut accipere liceret, nisi cui decrevisset esse a senatu triumphus: ne dona quas flores acciperent, aut xenia: vel rectoris provinciarum rationes, prius quam decederent, apud duas in provincia civitates deponerent: ne quis pro consule, aut pro praetore legatum suum ante se de provincia dimitteret: quod ab Vlpiano in lege meminisse, traditum est. Spectavit haec lex non modo ad eos, qui cum aliqua potestate erant, verum etiam ad eos, qui curabant aliquod opus publice faciendum, frumentum comparandum, vel viam reficiendam: item ad legatos, qui provinciarum rectoribus a senatu dabantur, praefectisque, & tribunos, quos etiam, totamque cohortem praetoriam, si quid accepisset a provincialibus convicti essent. eadem lege illud etiam sanctum erat, quid rectoribus provinciarum, dum in provinciam irent, a sociis populi Rom. liceret accipere. qua de lege Cicero, dum in provinciam proficiscitur, ita scribit ad Atticum lib. v. Adhuc sumptus nec in me, aut publice aut privatim, nec in quinquam comitum. nihil accipitur lege Julia, nihil ab hospite, postea vero quam in provinciam peruenit, eodem libro sic: Scito non modo nos forum, aut quod lege Julia dari solet, sed ne ligna quidem, nec, praeter quatuor lectos, & lectum, quoniam accipere quidemquam. Ad hanc legem postea Caesar, utrum potius, fortasse caput hoc addidit, ut reprobandum convicti etiam ordine senatorio mouerentur. id quidem ab eo factum, Suetonius narrat. quod vel aucta, ut dixi, sua vetere lege posuit, vel nova lege lata, vel etiam, lege nulla, pro ea, quam omnium rerum vni habebat, potestate. Scripserunt etiam apud Martianum Iuristiconsum inuenio, lege Julia reprobandum cautum esse, ne iudicare, neve testimonium dicere liceret ei, qui ob turpitudinem senatu motus, nec relictus esset. Ex nostro libro de legibus Romanis.

R E P M P R O L A T I O. Res prolatae, sepe dixit Cicero: nec tamen, quid significet, intelligunt multi, significat autem, ut ex accurata multorum locorum examinatione collegimus, tempus illud, cum homines ferarentur, declarare maxime Plautus in Capituus in persona parasiti:

Vbi res prolatae sunt, cum rus homines eunt,
Simul prolatae res sunt nostris deoribus.
Quasi cum caletur, coelestis in oculis latet,
Suo sibi succo viuunt, ros si non cadit:

Item parasiti res prolatae latet.

& pro Murena, ubi Iuristiconsum exagitat: Sapiens existimari nemo potest in ea prudentia, quae neque est extra Romam usquam, neque Romae, rebus prolatis, quidquam valet. & ad Attic. lib. v. 1. Non istum rerum prolatis tardabit. & ad eundem lib. x. 1. 1. Meam Italianam verendum, qui legari voluerim ante res prolatas, ne deferret videret hunc rerum timorem. & ad Qu. fratrem. Res prolatae, ad interregnum comitia adducta. Rerum igitur prolatis, siue, res prolatae, idem est, ac si dicas, vacatio à muneribus: quae maxime erat ludorum dierum. ludorum autem nomina, Votui, Romani, Victorii, Plebeij, quorum primi Votui x. v. 1. cal. Sept. committi, per quindecim dies celebrabantur: & continuo Romani per decem dies: cum interea res prolatae dicebantur consecris Votui, & Romanis, rursum ad negotia iudicia fiebant: natus habebatur: tum publice, tum privatim, quique facile agebat in sua re: hoc vique ad v. 1. 1. cal. Nouembrii. nam cum inter ludos Romanos & ludos Victorii dies inter sint x. v. quod aperte ipse declarat lib. 1. 1. 1. in Verrem: recte subducuntur periculum fieri ludorum Victorii communionem incidere in diem v. 1. 1. cal. Nouembrii, quod significatur & ad Qu. fratrem lib. 1. 1. 1. iterum igitur res prolatae Victorii autem ludi, cumque his Plebeij coniuncti, dies auferebantur: ad v. 1. 1. nonas Nouembrii & magistratus, & cuiusvis ordinis homines intermissum rei suae publicae, siue privatae administrationem perpererant, itaque Cicero lib. 1. 1. 1. Epist. ad Att. Pontinius, inquit, vult ad v. 1. 1. nonas Nouembrii triumphare. ex quo patet, non fuisse diem festum v. 1. 1. nonas Nouembrii. Ex nostro commentario in Epist. in Attic.

R E C O R. terminus est, sed hoc differt à limite, quod limes est quodcumque in agro opera manuum factum est ad observationem finium: rigor vero suae rectitudinis naturalis nomen accepit. Sic Aggeus in libro de limitibus.

R O M A. ciuium Romanorum tria genera fuisse video, senatores, equites, de plebeique tres ordines dicebantur, & ex duplici genere constabant, patricio & plebeio. duplex enim est ciuium Romanorum diuisio, quarum altera ad alteram nihil pertinet. prior haec, Vel patricij sunt ciues Romani, vel plebeij, posterior haec, Vel senatores sunt ciues Romani, vel equites, vel de plebe, ita vel à genere, vel ab ordine distinguebantur: ut ciuis Romanus genere patricio natus, equestri tamen ordinis, si nondum in senatum lectus esset, dicebatur: si in senatum esset factus, ordinis senatorij, quod si patricius non modo in senatum allectus non esset, verum nec inter equites locum haberet: quia scilicet equestri censu non esset, hoc est sesterterium quadringenta milia non possideret: (minus enim qui habebat, eques esse non poterat, sed, ut Horatii verbis utar, plebs erat) aut qua, cum quadringenta milia possideret, annuo tamen auro & equo publico non videretur, quae illi, equestri ordinis insignia, censor ob aliquod flagitium ademerat: aut denique, quia neque maiores eius, neque pater, neque ipse, cum quadringenta milia, ob eam habebat, de equestri dignitate laborassent, equestrique ordinis insignia, annulum scilicet aureum, & equum publicum, neque in militia à duce, neque domi à censuribus, cum censureretur, postulasset: quod tamen vix est ut credi possit: quis enim contemnit honestatem quip, cum ab infimo ordine plebeio ad equestrem possit ascendere, aut ab equestri & senatorio, recenseri quis igitur patricius generis neque senator est, neque eques, is patricius quidem & erat, & dicebatur, idem tamen de plebe & erat, & dicebatur, quandoquidem ciuis Romanus quicumque erat, is de tribus ordinibus vnum habebat, senatorium, aut equestrem, aut plebeum, necesse erat. senator non est ergo eques, aut de plebe, neque senator, neque eques: ergo de plebe.

ordo enim praeterea nullus superest. at quadringenta milia, qui est equestri censu, aut octingenta milia, qui senatorio, possideo: sequitur ergo, ut eques ob quadringenta milia sum, aut senator ob octingenta milia, summus censu enim dat, non ut eques aut senator: necessarius sis, sed ut esse possis: neque propter opes honor datur, sed ob inopiam negatur, rursus enim, & indecorum, senator egens: malisque res non omnino malis mentibus quandoque persuadet inopia. Erant ergo patriciorum tria genera, patricij senatores, patricij equestri ordinis, patricij de plebe. Sed oritur consideratio. Cuius Romanus, ex equite senator factus, amittitne ordinis equestri insignia, annulum aureum, & equum? minime. auctus enim dignitate, tantum abest ut de pristino iure quidquam amittat, ut etiam aliquid praeterea consequatur. nam, praeter annulum, & equum, quae equitum erant, habebat senatoris tunicam purpuream: ut ab equestri ordine aliqua omnino specie distinguerentur, sicuti equester ordo à plebe annulo aureo, & equo distinguebatur. Ex nostris observationibus. Duos populos seminarium gentium Romanarum fuisse reperio, Aborigines, & Troianos, qui utique ab Aenea, ut Livius, & Dionysius tradunt, communi nomine Latini sunt appellati. Aborigines autem, qui, ante aduentum Aeneae, Latium, regente Latino, tenebant, docet Dionysius ex Graecis in Italiam venientibus esse constare. Graecos autem hos nominat, Oenotrum ex Arcadia, Pelasgos ex Thessalia, Evandrum item ex Arcadia, Hercules ex Peloponneso profectum. atque etiam idem scribitur, Romulum, superante Lariporum Albanorumque multitudine, vihem in Palatio condidisse, quae cum ita sint: iam id dubium esse non potest, quin ad hos populos alij etiam plurimi accesserint, qui Romanam urbem gentibus repleverint. In quidem accepimus, Romulum Canineules, Antemates, Camerinos, Veientes, Fidenates, quos bello deuicerat, Sabinos vero etiam quibus cum Aequo Marte pugnaverat, in societatem novae urbis vocasse. quin etiam multas Etruscorum vrbes se ad eum recepisse, initio à medullia facta, traditum est. hoc autem Romuli institutum reliqui deinceps reges studiofissime sibi conservandum esse duxerunt, ut finitimas civitates aut vi, aut benevolentia sibi adiungerent, Romaeque transferrent. itaque Tullus Hostilius, euerfa Alba, familias eius vrbes Romam traduxit. Ancus Lucumonem Etruscum in senatum asciuit. Priscus Scrv. Tullium Corniculannum sibi etiam generum adiunxit. idem post quoque factum est, liberata regio dominata Repub. neque enim unquam destitum est, civitatem victis populis & gentibus dari, Italiamque ipsam municipiis deuinciri, quousque bello Maritico vniuersa fere ciuitate donata est. Ex libro Caroli Sigonij de nominibus Romanorum.

R O M A L I A. lex, cauit, ne alij, praeter patres, & magistratus, sacra iurerent, peragerentque. postea plebi quoque aditus ad sacra fuit. nam rogationibus tribunitiis, primum Sextia Licinia sancitum est, ut iura sacrorum, non, ut antea, omnes patricij, sed ex parte dimidia de plebe crearentur. deinde secuta est Ogulnia: ut, cum quatuor pontifices essent, placeretque sacerdotum numerum augeri, quatuor praeterea pontifices, quinque augures, de plebe omnes, allegerentur: ut omnino octo pontificum, novem augurum numerus fieret.

R V A. veteres in cultus agros dicebant, id est sylvas, & pascua. Ex libello variorum auctorum de limitibus.

S A C E R D O T E S. non eadem semper Romae fuit creatorum sacerdotum ratio. cum enim, vetere lege, ac more, augures ab auguribus, pontifices à pontificibus, reliqui sacerdotes à suis quique collegiis crearentur: vnus pontifex maximus à populo, quod omnium pene historiarum, Livij maxime testimonio constat: Cn. Domitius tribunus pl. Meroni Imperatoris aetatis, pontificis officio, quod alium, quam se, sui patris in locum cooptasset, lege lata ius sacerdotum subrogatum à collegiis ad populum transtulit, eo anno, quo C. Marius tertium consul fuit, nec multo post ipse pontifex maximus populi suffragio creatus est. huius legis in v. 1. in Rollum oratione Cicero meminit, item in ea pro C. Cornelio, quae integra non extat. Postea L. Sylla, rerum potius, cum alia multa contra populum, qui Marianas portas fouerat, tum hoc sanxit, ut rursus sacerdotes à collegiis crearentur, de quo sic Pedianus in diuinationis commentario: Victore Sylla, spoliatus est populus Rom. arbitrio creatorum sacerdotum. Sed quemadmodum legem Domitiam abrogari sua lege Sylla: sic legem Syllae, aliquot post annis, T. Atrius Labienus tribunus pl. abrogavit. Domitiamque restituit. fecit autem hoc auctore C. Caesaris, qui, si populus in mandando sacerdotio suffragium ferret, si, qui popularis admodum erat, pontificem maximum, in demortui Metelli Pij locum, creatum iri, non sine causa putabat. quod re comprobatur est. nam, P. Seruilius Iulianus, & Qu. Lutatius Catulus, consularibus viris, & prouecta iam aetate, delectis, ipse, nondum praetorius, in amplissimi sacerdotij gradum ascendit, Tullie & ipse legem, non quae à Labieni lege disseparet, (fuit enim veteris popularis) sed quae nouum aliquot ius ascriberet. Domitiam quidem legem in eo capite confirmavit, ut absentibus petere sacerdotia liceret. rursus à populo ad collegia, lege Labieni abrogata, ius cooptandorum sacerdotum retulit post obitum Caesaris M. Antonius consul, eo consilio, ut facilius ac certius M. Aemilius Lepidus, cuius filio filiam suam collocauerat, pontifex maximus in Caesaris locum subrogaretur: ita ius creandi sacerdotes quater immutatum est. à Domitio, Sylla, Labieno, Antonio. atque hoc quidem satis ex historia patet. mihi tamen & de quinta mutatione oritur opinio, ut puto, satis certa, primum ex epistola ad M. Brutum, in qua non scriptum est. Panfa vix, celeriora omnia parabamus. statim enim collegam sibi subrogasset. deinde, ante praetorem, sacerdotum comitia fuissent. cum enim, quo tempore haec epistola scripta est, tum non à collegiis, sed à populo subrogari solitos esse sacerdotes, manifestum sit, quia comitia de populo dici nemo aescit: haec autem epistola eo anno scripta sit, quo Hierius & Panfa consules fuerunt, id est eo, qui Antonio consulatum primum consecutus est: liquet, Antonij legem non esse seruata, sed eam, quam Domitius valerat, iterum esse restitutam. notat etiam Dionis testimonio: qui lib. x. v. 1. leges Antonij à Panfa consule abrogatas esse narrat. quod etiam fecit Lentulus ille, qui scriptis his verbis ad Ciceronem: Primum

ego leges Antonianas fregi. Est etiam ex ipso Cicerone minime dubium de abrogatis Antonij legibus argumentum. Acta, inquit, oratione 1111 in ipsum, Antonij rescissis: leges rescissis: per vim, & contra auspicia latae decreuissis. Præterea patet hoc ex clariis, quod in ea de qua proxime meminimus ad Brutum epistola proxima legē de sacerdotibus Cicero iustam appellat quod si post Antonij consulationē, in quo legem tulit de lege cooptandi proxima dicitur C. Cæsar is iurimimium sublatam iam erat Antonia. Ex libro nostro de legibus Romanis.

S E N A T U S. primi sententias in senatu de consule rogabantur consules designati: si modo post consularia comitia senatus haberetur: si ante, rogabat consul arbitratu suo, non quem vellet ex omni senatorum frequentia, sed quem vellet de numero consularium. & antequam consuetudini daretur, ut, quem ordinem interrogandi sententias consul calendis Ianuariis institueret, cum toto anno conseruaret. quo ordine, Cæsar, neglecto, primum Pompeium post affinitatem consul rogare sententiam cepit, cum antea Crassum solitus esset. Quoniam autem cum designati consules fuissent, ij sententiam primi rogabantur: venit in mentem, quæri posse, uter ex ipsis designatis prior rogaretur. nec difficile est querenti respondere. nam me quoque olim ex ipsa re in eandem dubitationem adductum, & aliquandiu hærentem, obseruatio vetustis moris expedit. Sciendum igitur: siue patricius, & plebeius, siue duo plebeij designati consules essent, qui priore loco declaratus esset consul, cum in magistratu priorem quoque sententiam rogasse: id eo quod rogatur in re Catilinaria non C. Antonius, sed M. Cicero, quia consul priore loco declaratus. nam genere pares erant, uterque plebeius. & lib. 1. epist. ad Att. rogat sententiam M. Pupius Piso consul, ex familia plebeia: M. Valerius Messalla, etiam patricius, tamen non rogat. plebeius igitur anteprior patricio: quia priore loco declaratus consul. Vter in magistratu prior rogaret, ostendi. quo conuenit, & uter rogaretur, cum designati essent. Ex nostro commentario in epist. ad Att. Legitimi habendo senatus dies erant, calendæ, nonæ, idus. reliquis diebus, modo comitales non essent, haberi quidem senatus poterat: sed certus neque lege, neque more statutus erat dies. posticum id erat in voluntate magistratum. Ex nostro commentario ad Qu. fratrem. Animaduersione dignum est, quod legendo obseruauimus: qui ex equestri ordine senatorie dignitatis ad gradum ascendissent, eos inter senatores quidem esse censos, ut, si quid ordine senatorio minus dignum admisissent, senatu mouerentur: verum eisdem, cum deinde equum centuriæ recognouerentur, inter equites, quandoquidem ipsi quoque equum publicum haberent, citatos esse, ut, si flagitum vllum, quod in equite Romano dedecet, fecissent, equum publicum amitterent. patet hoc apud Lium duorum censorum exemplo, Neronis, & Salinarioris: quorum alter alteri, cum census equum ageretur, equum adem: quos tamen ante, cum senatorum census ageretur, in recitandis senatorum nominibus esse lectos, dubitari non potest. Atque ego, huius generis ciues, minime crediderim, sua manu, ut ceteros equestris ordinis, equum per forum tradidisse. proprius enim eorum census non in equestri, sed in senatorio erat ordine: nec equestri ordinis, sed senatorij dicebantur: nec ideo, quod equestris essent ordinis, quem, adepti senatorium, amiserant, sed quia equum publicum habebant, inter equites citabantur: qui vero in senatu, etiam nondum a censoribus lecti, iure tamen magistratus, quem aut gerebant, aut gessissent, adiutur habebant: eos video, si equites essent, equum publicum inter ceteros equestris ordinis ciues ante censes per forum tradidisse, nec inter senatores, cum tamen irent in senatum, esse lectos. quod de Pompeio, qui postea cognomen Magni est adeptus, à Plutarcho traditum obseruauimus. is enim eques adhuc, nondum in senatum lectus, consul ob virtutem ac singularia in reipub. merita legitimum, ætatem creatus (soluebantur enim legibus boni viri) equum publicum ipse ad censes adduxit: præclarique fuit populo Romano spectaculum, consulem sua manu equum publicum ducentem inueniri. Atque hæc, quæ diximus de ciuib. Romanis, & ex equestri ordine, & ex plebe in senatum lectis, ita tradimus, ut ad reipub. tempora spectemus. nam regum ætate solis patricii curia parui: cum tamen, quod Dionysius Halicarnassensis docet, non omnes patricij senatores essent, sed alij senatores, alij equites, alij de plebe. ut velle diceret: senator est, ergo patricius: non contra: patricius est, ergo senator. & quamquam ex familiis tum patricijs, tum plebeijs senatus constaret, veteres tamen ita locutos animaduerti, ut de vniuerso plane senatu nobilitatis nomen usurparent: quia scilicet summus ordo senatoris esset, eumque adepti præter ceteros nobiles esse viderentur: quandoquidem ob virtutem, quæ non sola nobiles, sola patricios, sola reges vere facit, dignitas illa mandaretur. Ex nostris obseruationibus.

S E P E L I T U M. facta fuisse Romanis iura sepulcrorum, antiquæ legis illa verba declarat: Vbi corpus de mortui hominis condas, sacer esto: & illa: Nequis vestibulum aditumve ad sepulcrum vsu capito, neu bustum violato: & illa: Deorum manium iura sancta sumo. quod & antea seruatum esse, i rogata violentibus parua, posteriores iustis consulibus Vlpianus, Paulus, Cælius tradiderunt. Quod autem Cicero scripsit lib. 11. de legibus: Credo fuisse aut eos, quibus hoc ante hanc legem virtutis causam tributum est, ut Poplicolæ, ut Tuberto: quod eorum posteri inire tenuerunt: aut eos, si qui hoc, ut C. Fabricius, virtutis causa solui legibus, consecuti sunt: id plane significat, etiam ante 1111 tab. in re vbi sepeliri non licebat: siquid. in Poplicolæ & Tuberto virtutis causa tributum est. quod ipsum & Dionysius confirmat, & Plutarchus. Seruius quidem vbi exponit illud Virgilij, lib. 1. Finitimos tollunt in agros, vbi que remittunt, Duilio consule primum à senatu decretum esse ait, nequis in vrbē sepeliretur. quod imperatores quoque Adrianus & Antoninus Pius renouarunt. & fuisse hæc veterem consuetudinem patet in lege mortuorum C. de religiosis, & sumptibus iurum. legis quidem 1111 tab. illa nota sunt: In vrbē ne sepelito, neque vito. quæ scripta sunt ob eam causam, tum ut ad oculum viuendum cadauera, quæ maxime animis interunt, quamprimum amouerentur: tum ne cosum illud vrbis, unde proxime spiritus duceatur, tetro putrescentium corporum odore corruptum,

pellem aliquam impotaret. Datum autem decreto senatus iis, qui triumphassent, ut, cum eorum corpora extra vrbem cremata essent, in vrbem ossa & cineres referrentur, humique mandarentur. hoc Pyrrhoum Lyparum scripsisse tradit Plutarchus in libro Romanarum rerum. Illa vero, non inuile est, cognoscere: in agris sepulcra fuisse: in agri venditione, iura tamen sepulcrorum penes eum, qui venderet, remansisse: eumque sibi tantum agri in venditione excepisse, quantum ad eum sepulcro satis esset: quod qui non faceret, ei summo probro ac turpitudini fuisse. vnde illud in oratione Ciceronis pro Roscio Amerino: Cui de tanto patrimonio ne inter quidem ad sepulcrum patrimonium relictum est. hac autem ipsa de re Pomponius iuriconsultus ita scripsit: Dominis fundorum, in quibus sepulcra fecerint, etiam post venditos fundos ad eundem sepulcrorum ius est: tum igitur in agris, tum iuxta militares, vel publicas vias cadauera, aut, si cremata essent, cineres condebantur. nam & sepelientes cadaueris, & cremandi consuetudinem fuisse, indicat illud in 1111 tab. In vrbē ne sepelito, neque vito. & illud, quod in 1111 de legibus scripsit Cicero: P. Corneliū Africanum sepulcrum esse, L. Corneliū Syllam primum & Cornelius cremari voluisse. Sepeliri autem antiquius fuisse, quam cremari, Plinius lib. 11. cap. 1111 declarat his verbis: Ipsum cremari, apud Romanos non fuit veteris instituti. terra condebantur. at, postquam longiusque bellis obrutos etiam cognoscere, tunc institutum. & tamen multæ familiaris priscos seruauerit ritus: sicut in Cornelia nemo ante Syllam dictatorem tradidit cremari, idque voluisse verum rationem, eroto C. Marij cadauere. hæc Plinius: cui, quod ante 1111 tab. in more fuerit, id verum non videri, mirum est. Cremandi consuetudo vsque ad Antonianorum imperatorum ætatem perdurauit. rursus terra conditum est. Legimus & illud, maiores natu ad tubas, minores ad tibias ad sepulcrum esse delatos: qui vero clavis maioribus hosti essent, his eorum imagines in funere prælatas. addit Seruius Honoratus, ante sepulcrum aram fieri solitam. quod & Cicero in epistolis ad Atticum significat. tamen non aram modo, sed sanam quoque filix mortuæ cogitabat. Illud ex Festo sic tu dignum, aut, quam cadauer ad pyram deferretur, digitum abscissum esse: ut, reliquo corpore perusto, ad eum iusta fierent. Cadauere pyre imposito, qui propinquitatem mortui deuinctus arctissime fuerat, is auctus rogo faciem accensam inferebat. Signum hominis sepulci non vnum fuit. nam & lapis, & tegula, & cæpes, & tunulus, & cippus sepulcrum locum indicabant. Ex lib. nostro de legibus Romanis.

S I T V A N T E S. tres fuerunt. vnus dicebatur domesticus, possessioni consecratus: alter agrestis, pastoribus: tertius orientalis, cui est in consilio laquei posuit. à quo inter duo pluresque fines oritur. id eo quod inter duo pluresque est & locus. Omnis autem possessio quare Siluanum colit: quæ primus in terram lapidem finalem posuit. Ex libello variorum auctorum de limitibus.

S O C I I L A T I N I. dicebant veteres coniuncti: cum tamen & de sociis, id est Italis extra Larium, & de Latinis intelligerent: sicut, æquum bonum, copula omissa, pro æquum & bonum. sic, Socij Latini nominis, pro, socij, & qui erant Latini nominis. nam Latini, cum ipsi quoque socij essent, proprio tamen nomine à reliquis Italis distinguebantur: & proprio etiam iure fruebantur. vnde, ius Latij, & ius Italicum, diuersè posita. erat igitur, socij nomen generale, sicut & fœderati. tam enim socij fœderatique Latini, quam reliqui Itali. Lilius lib. 1. 1. Mouerunt senatum, inquit, legationes socium nominis Latini. summa querelatum erat, ciues suos, Romæ censos, plebsque Romanam commigraffe: quod si permitteretur, per paucos fultus futurum, ut defera oppida, deserti agri nullum militem dare possent. dixit, Socium nominis Latini, pro, sociorum, & nominis Latini. quod idem Lilius ibidem ostendit: subiungit enim: Lex sociis, ac nominis Latini, qui stipem ex sese domi relinquere, dabat, ut ciues Romani fierent. ea lege male vtendo, alij locus, alij populo R. iniuriarum faciebant. nam & ne stipem demum relinquere, liberos suos quibusque Romanis in eam conditionem, ut manumitterentur, mancipio dabant, libertinique ciues essent: & quibus stipis decisset, quam relinquere, ciues Romani fiebant. hic duo sunt animaduertenda, primum, de quibus dixerat, socium nominis Latini, de isdem intulisse, sociis, ac nominis Latini: deinde, cum in eo, Sociis, ac nominis Latini, distinxisset, ac separasset socios à Latinis, vnotamen postea nomine simul omnes comprehendisse, cum dixerit, Alij sociis, alij populo R. iniuriarum faciebant. ut appareat, quamquam Latini ac reliqui Itali non eodem iure essent, æque tamen omnes societate iunctos fuisse populo R. est etiam eadem de re, verbis aliquot interiectis, eiusdem generis exemplum. Legem, inquit de sociis C. Claudius tulit S. C. & edixit: qui socij ac nominis Latini ipsi maior esse eorum, M. Claudio T. Quinto censoribus, postquam ea apud socios nominis Latini cessi essent, ut omnes in suam quisque ciuitatem ante cal. Nouemb. redirent. & lib. 1111 cum de isdem loqueretur, Posthumius, inquit, consul pro concione edixerat: qui socium Latini nominis ex edicto C. Claudij consulis redire in ciuitates suas debuissent, ne quis eorum Romæ, & omnes in suis ciuitatibus censerentur. sexcenta sunt huiusmodi tum apud hunc, tum apud alios: quæ legendo, siquis voluerit, obseruet. Ex nostris obseruationibus.

S O L V T I agri sunt, quorum fines deprehendi non possunt, ut ait Silius Flaccus.

S T A D I A L I S ager habebat passus 1111, id est pedes 1111: cuius mensura octies comparata miliarium facit, qui constat quinque milibus pedum. Ex libello variorum auctorum de limitibus.

S T A T V S. ex quibus omne genus controuersiarum de agris exoritur, octo omnino sunt, iniectionis, expolitius, subiectionis, recuperationis, assumptionis, initialis, materialis, effectiuius. Iniectionis ergo status est generalis. nam siue de possessione, siue de sine controuersia nascatur, per hoc repetitio iusta iniustique iniicitur. Expolitius est status controuersie, quoties finitimum argumentum caret demonstratione, & partium magis exigit narrationem, per quam exponendum sit, quo sint genere retinenda, aut persudandum iudici, etiam si loci natura finitima exhibeat similitudinem. Subiectionis status est, cum relinquatur status generalis, & alio quolibet statu controuersia de-

B b 4 fenditur.

fenditur. Recuperatio est status, quoties non à trisinio, aut quadrifinio, sed ex quolibet hinc loco incipientis terminus restituitur dirigat, & per incedum de finitionis loca quædam alteri fundo acquirat: aut solum aufert, & eius loco redditur. Assumptus primæ controversiæ status, qui est de positione terminorum, in rigorem aut in finem transiit. Iudicialis controversiæ status de rigore pertinet ad materiam, transiit ad controuersiam, quæ est loco tertio: de fine status materialis non conditionem mutat, neque materiam efficit. Materialis status est, ex quo omnes controuersie incipiunt de loco duntaxat. nam transcendentiæ non habet de hoc effectus, sed, dum consummatus fuerit, nascitur. Effectus est, cum de loco litigatur, & idoneas partes ad litigium aduocaciones instruant. Ex Aggenno de limitibus agrorum.

S T R I C T A apud scriptores agrestium mensurarum sic exponitur. Ager, inquit Frontinus, per strigas & per scamna diuisus & assignatus, est more antiquo in hac similitudine, quæ in provinciis arua publica coluntur. Hygenus autem sic, Mensuræ quadraturam dimidio longiorum facere debemus, & quod in latitudinem longius fuerit, scamnum appellare; quod in longitudinem, strigam. Et Aggenus, Strigatus, inquit, ager est, qui à septentrione in longitudinem in meridiano decurrit: scamnatu autem, qui eo modo ab Occidente in Orientem crescit.

S Y N O N Y M I limites ita nominantur ab Hygeno. Limites linearij mensuræ tantum determinandæ causæ sunt constituti: & si finium interueniunt, latitudinem secundum legem Maniliam acceperunt. in Italia itineri publico seruati sub arboribus subtruncuorum. habent latitudinem pedum octonum. hos conditores coloniarum, fructus apportandi causa, publicauerunt.

S Y F R A G I U M populus R. primum vocæ, deinde per tabellam suffragium tulit. quo modo autem à voce ad tabellam deuenit sit, & quibus temporibus, & quibus auctoribus, operæ precium est cognoscere. Quatuor igitur leges nominantur, omnes, ut puto, tribunicie, Gabinia, Cassia, Papiria, Cælia. Gabinia sanxit, ut populus in magistratibus mandandis suffragium, non, ut antea, voce, sed per tabellam ferret. Cassia biennio post idem iussit, in omnibus iudiciis populi, perductione excepto. Papiria & ipsa populo tabellam dedit, in iubendis ac verandis legibus. Cælia, quo vno in genere vocis suffragium reliquum erat, hoc est, in perductione, quod lex Cassia exceperat, in eo genere tabellam dedit. ita quatuor tribunorum pl. rogationibus factum est, ut populus posset, quod sentiret, in omnibus comitiis, nullo inimicitiarum metu, posse ostendere. ideo tabellam vindicem tacite libertatis appellat Cicero in agraria l. i. & lib. i. de legibus; in oratione autem pro C. Cornelio principium iustissime libertatis Cassiam legem, quæ tabellam in iudiciis populo dedit. magis enim intererat populi, tabella voluntatem in iudiciis tegere, cum ageretur de capite fortunisque ciuium, quàm aut in magistratibus, quod lex Gabinia sanxerat, aut in legibus, quod postea Papiria. His igitur quatuor legibus ferendi suffragij mutata ratio est. nunc de latioribus earum legum, & quo quæque anno lata sit, agamus. Gabiniam rogauit homo ignotus, & fordidos: quod lib. i. de legibus Cicero tradidit. & cum biennio ante Cassiam rogata sit, quod idem eodem in loco demonstrat, Cassiam vero Lepido & Mancino c. o. s. s. esse latam, ex libro de claris oratoribus constat: necesse est, Milone & Lenate c. o. s. s. rogaram, existimare. Cassiam Lepido & Mancino c. o. s. s. auctore Scipione Africano postiore tulit L. Cassius Q. F. Longinus Kanilla, pater illius L. Cassij, qui in omnibus causis querere solebat, cui bono; & C. Cassij, eius quem C. Mario C. Flauio c. o. s. s. leges multas ad minuendam nobilitatis potentiam tulisse, in quibus hanc, ut, quem populus damnauiet, cuiue impetum abrogasset, in senatu non esset, Pedianus tradidit. Papiriam tulit C. Carbo, ille eloquentissimus, tulit autem, ut opinor, P. Popillio & P. Rutilio c. o. s. s. nam eo anno tribunum pl. fuisse, quo Scipio Aemilianus de Numantini triumphauit, omnes historici declarant: quem à porta ad concionem productum, quid de Ti. Gracchi morte sentiret, seditiose interrogauit. Cælia, non facile est conicere, à quo sit rogata: sed, rogatam Q. Metello T. Flaminio c. o. s. s. crediderim, & ex iis verbis, quæ sunt apud Ciceroem lib. i. de legibus: Ut opprimeret Cælius Popillium, nam, id de P. Popillio dictum esse, quem C. Gracchus Metello & Flaminio c. o. s. s. tribunus pl. in exilium eiecit, videtur intelligendum; ut eius iudicij causa, quo Popillius, tribuno pl. Graccho, est oppressus, Cælius sua lege tabellam dederit. Suffragia vel in campum Martium, si centuriata comitia haberentur, vel in forum, si tributa, aliove, cistis in pontes deferrebantur, & ex his pontibus populo ministrabantur id significat Cicero in epistola ad Atticum lib. i. his verbis: Ope et Clodiano pontes occupant: tabellæ ministrabantur, ita ut nulla darentur. Vti rogas. nam quæ tabellæ legem accipiebant, & probabant, in iis duæ literæ scriptæ erant, V. R. quæ significant, Vti rogas: id est: vti, qui legem fers, nos rogas, ita iubemus. quæ vero leges legem antiquabant, hoc est, reiciebant, & improbant, in iis vnica litera, A, scripta erat: quæ significat antiquo: id est, antiqua mancant: noua non placent legem respuimus. In iis vero comitiis quo populus ut suffragium de reo ferret, coire solitus est, ternæ tabellæ dabantur: quarum in vna scriptum erat, A; in altera, C; in tertia, N. L. & prima significabat, absolutio; secunda, condemnatio; tertia, non liquet, id est, neque absolutio, neque condemnatio, causam plane non intelligo. Verum, ut ad pontes redeamus, angustiores vel essent, legem tulit C. Marius tribunus pl. qui postea sepius consul fuit. tulit autem eam legem, ne quid fraudis in distribuendis tabellis committeretur. multis enim locus esse non potest, ubi pontes angustiores sunt. ac in turba viris aliquid agere, difficultis negotij non est. propterea, quod hac lege sancitum, id ambitiosus oppositum fuisse, & plane Cicero narrat lib. i. de legibus, & Plurarchus significat in Marij vita, cum ait: In tribunatu legem de suffragiis tulit; quæ potentium opes tum in ferendis suffragiis, tum in creandis magistratibus imminuit. suffragium fererebant omnes ciues Romani, in ea quisque tribui, ubi census erat, aut in sua quisque classe. libertini tantum in quatuor vrbis tribubus, quæ minus nobiles erant, suffragium tulerunt. nam et si P. Sulpicius tribunus pl. L. Sylla Q. Pompeio c. o. s. s. tulit, ut in omnibus plane tribubus, quæ xxv erant, suffragium ferre possent: hanc tamen legem,

puto à victore Sylla, Sulpicij inimico, esse abrogatam. puto autem ob eam causam, quia C. Manilius tribunus pl. aliquot post annis eandem legem ferre conatus est: idemque postea & P. Clodius cogitauit. restis Cicero in duabus orationibus, pro C. Cornelio, pro Milone. Hæc ex libro nostro de legibus Romanis.

T E M P L A in Occidentem spectare, antiqui architecti recte scripserunt. postea placuit omnem religionem eo conuerrere, ex qua parte caeli terra illuminatur. ideo in Orientem ædes sacræ spectant. Ex Hygeno de limitibus constituendis.

T E M P L A, apud antiquos, adhibito sacrificio, disponebantur. quæ de re apud Siculum Flaccum hæc legimus: Carbo, aut cinis quare inueniatur, vna certa ratio, quæ apud antiquos quidem obseruata est, postea vero neglecta: sicut aut diuersa, aut nulla signa inuenimus. cum enim terminos disponent, ipsos quidem lapides in solidam terram collocabant, proxime ea loca quibus fossis factis defixuri eos erant, vnguento velaminibique & coronis eos coronabant: in fossis autem quibus positi eos erant, sacrificio facto, hostiæque immaculata cæsa, facibus ardentibus, in fossa cooperitis sanguinem instillabant, eoque thura & fruges iactabant: fauos quoque & vinum, aliisque quibus confueudo est terminis sacrum fieri, in fossa adiciebant, consumpsitque omnibus dapibus igne, super calentes reliquias lapides collocabant, atque ita diligenti cura confirmabant: adiectis etiam quibusdam saxorum fragminibus circumcalesbant, quo firmius starent. tale ergo sacrificium, domini inter quos fines dirimebantur, faciebant. nam cisi in trisinium, id est in eum locum in quem tres possessores attingebant, termini ponebantur, omnes tres sacrum faciebant: quique alij in consilio domini erant, omnes ex conuenientia terminos ponebant, & sacrum faciebant: terminos autem conuenientia possessorum confirmabat. nam in quibusdam regionibus iubemur vertices amphorarum defixos inuenies obseruare pro terminis. ergo conuenientia, ut supra diximus, possessorum terminos consecrat, qui vel ante dixeramus, omnibus angulis coisiquæ possit esse debent. Termini apud antiquos sancti in primis, ac seuerè seruabantur. nam in lib. v. sententiarum Pauli scripta sunt hæc, quæ leguntur apud Frontinum in libro de limitibus. Terminos qui effodiunt, vel exarant arbores, in metallum damnantur, si quidem serui sua sponte faciunt; humiliores in opus publicum; honestiores in iusulam, amissa tertia parte bonorum, relegantur. Termini compositionales à veteribus dicti, teste Aggenno Urbico, qui intra possessionem fines inueniuntur: qui si secundum pristini temporis possessionem non conueniunt, diuersas acquirunt possessionibus conuersionibus generantur. Termini autem, ut in libello de limitibus, vtriusque auctorum titulo, scriptum est, diuersi fuerunt per diuersas provincias. sunt enim hæc verba. Terminum singulum in quadrifinio inuenies. quatuor lapides in quadrifinio positi sunt, & termini factura tornatiles, hoc est rotundi, subtilissimi: in quadrifinio inuenies. Putum si in fine inuenies, pro termino habebis. Cisternam factam in fine positam, & circa hanc memoratum terminum inuenies, & pro termino habebis. Terminum de lapide decilium viuo inuenies, & pro termino habebis. Maceria lapidum in fine pro termino inuenies. Sepultura finalia aut monumenta siue dubio inuenies. Malum corouem in fine pro termino inuenies. Cypressum in fine pro termino inuenies. Oliuastellum in fine pro termino inuenies. Fossatum decilium paruum in fine pro termino positum. fossato alio finales maiores siue dubitatione inuenies. Litaticum correm hoc est totum siue dubio inuenies. Parietes de calce fabricatos finales direximus. Ripas de cillis finales direximus. Botonones finales inuenies. Arbores ante missas finales inuenies, peregrinas, exteras. Pontem marmoreum in fine inuenies. Pontem de lapide viuo in fine inuenies. Pontem ex calce factum in fine inuenies. Orcas in fine inuenies. Sarcofaga in fine inuenies. Imbrices in fine inuenies. Collectaculum de carbonibus in calce miscitatis, & glareas fluminales ne despicias, signales constituimus. Palos picatos pro terminis inuenies. Latereculos quadrangulos pro terminis inuenies. Lapidis natiuus cum aliquo signo siue pro termino constituimus, & multa consecratione signauimus. Flumen aliquoties in fine inuenies. Riuum finalem inuenies. Hæc signa per diuersas provincias obseruantur. Terminorum nomina apud Hygenum leguntur hæc: Egregius, qui & robustus, quinque pedalis; Augusteus, Rhombus, Rhomboides, Scalenus, Isosceles, Trigonus orthogonus, Triapezus, Trigonus oxygonius, Trigonus amblygonius, Parallelogrammum, Sepultura militaris in finem, Augustus in trisinio, Isopleurus, Scutellatus, Spatula, Sphaericalis in trisinio, Area in quadrifinio, Sepultura finalis, Scoria, Canabula, Formalis, Substructio ad terras excipiendas, Maceria finalis, Scroffiones, Botonini, Monumentum, Asptatilis terminus, Hermula, Scoria, Putus, Lapis non dolatus, incurforio positus; Terminus, qui subsocium demonstrat; Lapis intra lapidem in trisinio, Termini gemelli, Terminus, qui fluuium demonstrat; Lapis damnatu, Gamma de Petra sicca constructa, Lapis decussatus, qui agrum intraculsum & extraculsum significat; Terminus ante terminum in versura positus, Lapis cultellatus, qui pentagoni recipit rationem; Lapis gammatu, qui trigoni recipit rationem; Lapis intra lapidem in curtorio, Lapis, qui flexuositatem limitis ostendit; Terminus, qui riuum demonstrat. Ad hæc porto terminorum nomina sua cuique figura est adiuncta.

T E M P L A, punctum esse caeli, ex Hygeno cognoscitur: is enim sic in libro de limitibus: Cæli punctum esse terram, sic describunt, quod dicant, à polo ad Saturni circulum interuallum esse, quod Græci hemitionion appellant: à Saturno deinde ad Iouem, hemitionion: ab hoc deinde ad Martem, tonum: à Marte deinde ad Solem, tertium esse, quantum à polo ad Saturnum, hoc est trihemitionion: à Sole deinde tantum esse ad Venerem, quantum à Saturno ad Iouem, hemitionion: à Mercurio deinde ad Lunam, tantundem, hemitionion: à Luna ad terram tantum, quantum à polo ad Iouem, tonon. sic terram punctum caeli esse ostendunt, & ars musica per hæc distemata constare fertur.

T E R R I T O R I U M, ait Frontinus, est, quicquid hostis terrendi causa constitutum est.

ΤΕΣΤΑΜΕΝΤΑ leges mulierum testamentis Romae laxae sunt; quorum nominantur Voconia, Furia, Falcidia, Iunia Velleia, Cornelia, Aelia Sentia, Voconia, de mulierum hereditariis, inter secundum & postremum Carthaginense bellum à Q. Voconio Saxa Aricino tributo pl. suadente M. Catone Censorio lata, sanxit hoc, ne qui heredes reliqueret & filiam supra H-S x x v m. nam Dio lib. l. v. i. scriptum reliquit. Augustus quibusdam feminis tribuit, x x v m. heredes esse possent licet hoc lex Voconia vetaret. Furia cauebat, ut Theophilus scriptum legimus, ne cui plus, quam M. nummuli, legaretur; quod amplius legatum esset, quadruplum restitueretur. Falcidia cauebat, ne cui plus liceret legare, quam dodrantem ex tota hereditate, id est, ut, siue vnus heres institutus esset, siue plures, apud ipsum, eodē quartā pars tantum remaneret. meminit huius legis Celsus, lib. x. i. digestorum, his verbis: Cum de lege Falcidia quaeritur, heredis probatio est, locum habere legem Falcidiam, quod dum probare non potest, merito condemnabitur. In Iunia Velleia hoc erat, ut, qui testamentum faceret, omnes ex viris sexus necessarii infisteret heredes, qui, cum nascerentur, heredes ei futuri essent; eorumque in locum liberi succederent: qui nisi instituti essent, aut si exheredati, ad exemplum posthumorum essent, testamentum ne valeret. haec sunt quatuor leges tribuniciae; reliquae sunt, de quibus dicendum sit, Cornelia consularis, L. Sylla, & Aelia Sentia, à duobus consulibus, Augusto principe, Sex. Aelii, L. Sentio, lata. Cornelia saluum testamentum facientibus poenam irrogabat: eaque lege senatores soli tenebatur, ut in Suetonio legimus. quod si quis in hostium potestate decessisset; eius testamentum perinde lex Cornelia confirmabat, ac si qui testamentum illud fecisset, in hostium potestate peruenisset. testis Iulianus lib. x. i. digestorum. Testamenta porro lex infirmabat, irritaque profus iubebat esse, quae improba, inofficiosa, inhumana dicerentur, hoc est, quae contra leges, merita, pietatem facta essent: item illa, quae à quinque rebus, iustis, siue fide dignis, non essent obligatae. quod ad septem deinde testes, imperatorum auctoritate, translatum est. atque horum generum causas, de reuocandis confirmandisque testamentis, à centum viris esse iudicatas, quod haec iudicium dicebatur, Cicero, Valeriusque declarant. In Aelia Sentia scripta fuit haec: ut vnus modo heres necessarius fieret: plures si fierent, irritum esset: qui primo loco esset nominatus, haeres esset: ex libro nostro de legibus Romanis.

THEATRA M. Speiandi locum in theatro senatores in imis gradibus ante omnes habuerunt: quod insinuere curules adiles, censorum iussu, Atilius Sertranus, & L. Scribonius Libo fecit postea sua lege L. Roscius Otho, Cicero auctoritate, alteram in populo distinctionem tulit enim, ut equester ordo seorsum à plebe in x. i. gradibus sederet, iis tamen equitibus exceptis, qui siue suo, siue fortunae vitio decessissent. cui generi certum locum assignauit, poena irrogata, si in x. i. i. sedissent. hinc illud in Antonino, oratione 11. Tense memoria, te praeterea decessisse patris, inquit, ista culpa est concedo illud tamen audere iux, quod sedisti in quatuordecim: cum esset lege Roscia decessibus certus locus constitutus; quamvis quis fortunae vitio non suo, decessisset. primum igitur senatores in sedilibus citra proximis continebantur. secundo loco proxime sedisse equites purabam, cum, exceptis magistratibus & senatoribus & magistratibus dignitate anteirent: sed à Cornelio Tacito monitus opinionem mutauit enim, sedisse quidem in x. i. i. ordinibus equites, narrat, non tamen ante plebem, sed consule, tantum vt x. i. i. ordinibus haberent. Hero, inquit lib. x. v. equitum Romanorum locos sedilibus plebis anteponit apud circum. nam ad eam diem indifferenter ibant: quia lex Roscia nihil, nisi de x. i. i. ordinibus, sanxit. Ex libro nostro de legibus Romanis.

TRIBUNUS PL. in sacro monte, quo plebs irata patribus secesserat, lata lex est, quae sacrae nomen accepit, ut plebs sui magistratus essent, iisque sacrosancti; quibus auxilium aduersus cōsules esset; neque cui patrum capere eum magistratum liceret. quia lege tribuni pl. quique primi creati sunt, anno post reges ceciderunt x. i. i. quos ego non dubito curiatu comitis esse factos. nam aliquor post annis Publius & Latorius tribuni pl. tulerunt, vt plebei magistratus tribus comitis fierent. Post, alia lege decem tribuni pl. creati, bini à singulis clauibus, anno à primis tribunis pl. x. x. v. Er quoniam Atinij Plebisciti, quod ad tribunos pl. pertinet, mentionem à Gellio fieri video; quoniam eius fuerit sententia, antiquariis illustranda causa quaerendum videtur. Ego sic existimo, tribunos plane Atinij Plebiscitum partim senatores fuisse, alios non fuisse: quod scilicet liberum esset populo R. tribunatum pl. mandare cui vellent. Atinij, quo modo quidem mihi videtur, nec ad eam hanc libertatem plebi Romanae, & auxit potestatis tribuniciae dignitatem. tulit enim, non, nequis, nisi iam senator, tribunus fieri posset, (plebis enim libertatem huiusmodi rogatione minuisse; neque id plebes vilo modo sciuisset) verum, vt, quem tribunum pl. creasset, is hoc ipso in posterum senator esset: atque hanc esse Gellij verborum sententiam crediderim, cum ait lib. x. v. tribunis pl. senator habendi ius fuisse, quamquam senatores non essent ante Atinij plebiscitum. hoc etiam à quodam Suetonii loco suspicamus. nam in Augusto, Comitibus, inquit, tribunicis, si candidati senatores decesserint, ex equitibus Romanis creati. ex quo sequitur, non licuisse ante equitibus Romanis tribunatum petere. multo igitur minus tertio ordini, iis, qui de plebe dicebantur, qui nec equites, nec senatores erant. quin, primis temporibus, tantum abest, vt ex senatu tribuni pl. crearentur, vt ob eam ipsam causam instituti sint, ne senatus aduersus plebem crudelis, aut arroganti ageretur: idcirco ex ipsa plebe per annos multos creati sunt. postea capere equites quonque Romani, ac senatores tribunatum plebis petere. Quoniam autem M. Duilius tribunus pl. plebem rogauit, plebsque sciuit, qui plebem sine tribunis pl. reliquissent, tergo accipere punirentur, anno proximo L. Trebonius tribunus pl. rogationem tulit, vt qui plebem Romanam tribunos pl. rogaret, is vsque eo rogaret, dum & tribunos pl. faceret. nam Duilia lex de tribunis nullam numerum praefinierat: tantum, vt relinquerentur, sanciebat, & ab iis, qui creati essent, cooperari collegas iubebat. sustulit igitur Trebonia lex cooperationem. nam cum iusserit, ab eo, qui comitia tribunis creandis haberet, omnes plane tribunos, qui x. omnino erant, creati;

nimirum partem tribunorum creari, reliquos autem ab iis, qui creati essent, cooperari veruit, quod cum M. Duilius tribunus pl. fecisset, idcirco factum, neque contra legem ab ipso sacrum commissum, defendere, anno insequenti Trebonius tribunus pl. in posticum leuaret, lege canit, nec aliam legem intelligi Luitius lib. i. r. i. cum ait: Aut omnia resellit saltum imaginis titulum, pauca autem annis lege cautum, ne tribunis collegam cooperare liceret. haec enim verba vilius aliud significant, nisi id, quod idem lib. i. r. i. scriptum, vt qui plebem Romanam tribunos plebis rogaret, is vsque eo rogaret, dum & tribunos plebis faceret. Verum L. Sylla dictator, plebis inimicus, ad inueniendam tribuniciam potestatem legem tulit, primam, ne tribunis pl. alios magistratus capere liceret; deinde, ne ad eos provocatus esset; tum, ne leges ferre possent; postremo: ne in concionari liceret. hanc Sylla iratus plebi tulit, quia pro Marianis patribus contra ipsam secesserat, sed, eo mortuo, C. Aurelius Cotta consul primus legis caput abegit. tulit enim, vt alios magistratus tribunos pl. capere liceret. atque caput abrogauit Pompeius Magnus in primo consulatu, lege lata, vt ad tribunos pl. esset provocatus. omniaque omnino, quae tribunis pl. ademerat Sylla, illis esse restituta, exemplis intelligitur. ius autem intercedendi lege nunquam amiserunt: quod illis initio belli ciuilius inique ereptum, quaeritur. Caesar his verbis lib. i. de bello ciuili: Agunt omnia rapim, atque turbant; neque docendi. Caesaris propinquus eius spatium datur: nec tribunis pl. sui periculi deprecandi, neque etiam extremi iuris intercessionem retinendi, quod L. Sylla reliquerat, facultas tribuitur: sed de sua salute seipsum de cogitare coguntur: quod illis, vultuissimū superiorem temporis tribuni pl. octavo denique mense suarum actionum respiciere, ac timere consueuerant. & in eodem libro, paulo post: Nouum in rebus introductum exemplum quaeritur, vt tribunicia intercessio armis notaretur, atque optineretur, quae superioribus annis armis esse restituta: Syllam, nudata omnibus rebus tribunicia potestate, tamen intercessionem liberam reliquisset; Pompeium, qui amissam restitueret videatur, bona etiam, quae ante habuerat, ademisse. Video autem fuisse legem, quae tribunos pl. veraret integrum diem ab urbe abesse. nam in Gellio lib. i. r. i. cap. 11, ita scriptum est. Tribuni quos nullum diem abesse Roma licet, cum post mediam noctem proficiscuntur, & post primam faciem ante mediam sequentem reuertuntur, non dicuntur abuisse vnum diem; quando, ante horam noctis sextam regressi, partem aliquam illius in urbe sunt. Nam, quod in Livio lib. x. legitur, duos tribunos pl. Luitium, & Q. Melium, cum de iis, qui pacem Caudinam fecerant, dedendis in senatu ageretur, ita locutes; Neque caulus religione populum dedicatione sua, nisi omnia Samnitibus, quales apud Caudium fuissent, restituerentur; neque se pro eo, quod, spondendo pacem, iteruissent exercitum populi R. poenam vltimam meritis esse; neque ad extremum, cum sacrosancti essent, dedi hostibus, violare posse tribunos quidem pl. esse, cum hae dicerent, Luitium, & Melium, constare, non tamen singulū illud, eodē fuisse tribunos pl. cum pacem ad Caudium spondenderat. non enim hoc anno, quo de spondendo pacis populo Samnitum dedendis actum est, sed proximo superiore pars illa per spondendum facta fuerat: in qua non assidue tribunos pl. iudicant hae, quae subscribam, Livij verba: Spondenderunt consules, praefecti, legati, qualesque, tribuni militum: nominatque omnium, qui spondenderunt, extant. nemque illa, haud ita multo post, in eodem libro: Samnitibus non fatis, consules spondere; sed legatos, qualesque, tribunos militum spondere coegerunt. tribunos pl. non nominat, ergo nulli absterunt. Luitius autem, & Melius eodem tempore tribuni militum, vt opinor, in castris fuerant: vnus, quod meminerim, aut fortasse etiam, quod omnino legimus, Q. Metellus Nepos, cum tribunatum pl. gereret, contra legem in Syriam ad Cn. Pompeium sua sponte, nulla vi cogente, profectus est, quo facto subit ignominiam: nulla tamen adfectus est insigni poena, consule etiam aliquor post annis cum Lentulo Spithere creatus est; siue quod hominis vitia familiaris dignitas tegeret, siue quod cum non tam ipsius facta deprimerent, quam Pompeij, & aliorum, qui plurimum in rebus poterant, amicitia subleuaret. Non videtur praetermittendum, quod Plutarchus in libro de Syllae vita scriptum reliquit, tribunatum pl. magistratum non esse, cum neque purpuram haberet; neque lectibus utatur; neque sella curuli sedens ius dicat; neque potestatem, creato dictatore, deponat, more omnium magistratuum. Cicero tamen magistratum appellat in oratione pro P. Quinctio. Et quod, ait Plutarchus de purpura, id restitit idem Cicero pro Cluentio: qui, quo loco de L. Quinctij tribuni pl. inolebanti superbia verba facit, Vultum, inquit, atque amictum, atque illam vsque ad talos demissam purpuram recorderemini. Est illud quoque à nobis animaduertum, tribunos pl. comitis designari solitos antequam consules, vt ex prima epistola ad Atticum satis dilucide patet. qui etiam ante consules magistratum inibant, nempe 1111 id. Dec. quod ex Dionysio, Livioque planum sit. nam quod in Pedij libro impressum est, tribunos pl. nonis Dec. magistratum inire solitos; id mendosum puto. nam, vt omittam Livij testimonium, in quo momento multum statum esse, Dionysius cum de 1111 id. Dec. primo tribunatus pl. die mentionem facit, adiungit illud, *et ex* *et* cum dicat, suis quoque temporibus idem seruari. eoque magis adducor, vt suspicer de mendo; quod, quem locum Cicero, qui est in lib. i. in Veireni, Pedianus ibi exponit; in eo Cicero de alio magistratu potius, quam de tribunatu pl. locum esse, facile perspicitur, si quis animum paulo accuratius aduerterit. nam si de tribunatu pl. intellexisset, nunquam Sulpicius à Manlio, & Cornificio, quos proximus superioribus verbis tribunos pl. nominauerat, separasset. nec vero de Sulpicio vilo, nisi patricio, memini me legisse: etiam illud addo, nonis Dec. quo die actum est in senatu de coniuratis, non fuisse M. Catonem tribunum pl. sed designatum, vt esset anno sequenti. patet ex oratione pro Sexio. Ex libro nostro de legibus & ex commemorario ad Quiratem.

TRITIVM, sic Siculus Flaccus, dicebatur locus, in quem tres possidentes accingebant. quo in loco omnes tres sacrum faciebant, si terminis ponebantur.

TRIVM PHVS, antiquissima lex fuit, quae nunquam seruata non est: vt, qui

et, qui ob rem in bello gestam triumphum ducturi essent, ante triumphum urbem ne ingrederentur, triumphabant enim cum imperio: & imperium deponere, urbem intrare necesse erat. triumphum autem senatus decernebat: sed imperium in urbe, quo die triumphus duceretur, populus dabat, rogatione ab aliquo tribuno pl. lata. id aperte demonstrat illa apud Livium, lib. x. v. Tribus his omnibus triumphus ab senatu decretus: mādātūq; Qu. Calsio pratori, cum tribunis pl. ex auctoritate patrum ageret, rogationem ad plebem ferrent, ut iis, quo die urbem triumphantes inueherentur, imperium esset. Et erant impediendi triumphum rationes multæ, primum, cum tribuni pl. imperatori, qui triumphum peteret, aliqua de causa infensi, de rogatione ferenda omnes recusarent. deinde, cum rogationem quidem tribunus aliquis ferret, sed eam populus suffragiis antiquaret; tertio, ubi, tribuno rogationem ferente, vni, pluresve de collegio intercederent; postremo, cum tribunus impetori obres in bello gestas diem diceret, sicuti C. Memmius L. Lucullo; qui, duobus potentissimis regibus, Mithridate, & Tigrane, devictis, tamen non nisi triennio post, accusationem Memmius remittebat, Cicerone consule triumphavit. vnde illa: Nos eorum clarissimi viri nostra manu in urbem duximus. hanc legem de imperio vnius diei intra vrbem Cicerio significat his verbis lib. 111. ad Attic. Potius vult ad 111. nonas Novembriis triumphare. hinc obuiam Caro, & Servilius prætore aperte, & Qu. Mucius tribunus pleb. negant enim latum de imperio, & est latum Hercule infulse. latum infulse dicitur, quia legem de imperio Ponticij Ser. Galba. prætor clam ante lucem vulerat. quod à Dione traditum est. & agi quidam eum populo ante horam primam, leges vebant. Vetus etiam lex illa fuit, ut qui hostes acie vicerent, triumphantes urbem inirent. idque factum etiam cum intra septimum lapidem vrbis Romanæ fines includerentur, apud Valerium notauimus. Post etiam, ut imperatorum ambitioni, qui, lenibus præliis prospere factis, triumphum petebant, obuiam iretur, lege cautum est, ne quis triumpharet, nisi qui & quinque milia hostium vna pugna cecidisset, & de suo exercitu multo pauciores amisisset. quo in utroque ne falsus senatus numerus ediceretur, altera lex à L. Mario & M. Carone tribunis pl. lata est, ut punirentur ij, qui aut hostium occisorum, aut civium amissorum in numero mentiri essent. Sanctum & illud est, ut pro aucto imperio, non pro recuperatis quæ populi R. fuissent, triumphus decerneretur. quam ob causam neque Qu. Fulvius, qui Capuanam receperat, neque L. Opimio, qui Pregelas, permisit senatus ut triumpharent. Eademque fuit eorum conditio, qui ad res gerendas sine magistratu missi erant. qui etsi res triumpho dignas gessissent, triumphare tamen leges vebantur. itaque nec P. Scipioni, qui postea Annibalem vicit, ob recuperatas Hispanias, nec M. Marcello ob captas Syraculas triumphum senatus decrevit. Pompeius tamen, qui Magni cognomento est vñs, Sylla dictatore concedente, contra legem, eques Romanus adhuc triumphavit. Illud etiam fortasse lege datum, ut, qui triumphans urbem ingressus esset, ei laurea corona in spectaculis vii liceret, id ex eo conicio, quod Valerius Maximus, cui Plinius lib. x. v. naturalis historix subscribere videtur, C. Papirium Masonem tradit, eum, triumpho in senatu non impetrato in Albano monte triumphasset, myrtæ corona pro laurea in spectaculis vñm esse. habitu autem triumphali vñs esse eos, qui triumphassent, nō existimo. id enim, quasi proprium munus, extraordinariæ virtutis ergo, Pompeio Magno concessum, scripsit Dio. lib. x. v. 1, & Velleius lib. 11. ex quo illud Ciceronis in episto. ad Attic. lib. 1. Pompeius noster tabulam illam piam silentio tueri suam. vestis enim triumphalis erat toga picta. Datum etiam decreto senatus iis, qui triumphassent, ut eum eorum corpora extra urbem cremata essent, in urbem ossa & cineres referrentur, lumique mandarentur. hoc Pyrrhonem Lyparum scripsisse tradit Plutarchus in libro rerum Romanarum. Ex libro nostro de legibus Romanis.

VENEFICIUM capitale fuit. quæsiuit autem de eo non prætor modo, verum etiam iudex questionis, qui prætor interdum erat. in quo Budæus, vir aliquot bene doctus, satis manifesto errore videtur esse lapsus in suis adnotationibus. criminalibus enim, ut appellantur, in causis, prætor prætorum vrb. neminem quæsiuit, eumque tum, nomine commutato, iudicem questionis esse dictum, tradidit. capitale fuisse veneficium, indicat exitum Oppianici, de veneficio condemnati: cuius mentio fit in oratione pro Cluentio: & in eadem, cum futurum ait Cicerio si Cluentius veneficii reus damnetur, ut patris sepulcro priuaretur. clarissime autem hoc significatur in iuris civilis lib. 1. 1. 1. Quod autem à Budæo scriptum est, prætorē vrb. vbi de criminibus quæretur, solum cognovisse: aperte falsum esse dico. non modo enim solus nō quæsiuit prætor vrb. sed nec omnino quæsiuit. ipse ius dicebat: quod, quæret, non est. quærebant ceteri collegæ, cum iis iudicibus, quos prætor vrb. & fortissimus, & subditus esset, exemplorum plena sunt omnia: vnam, quæ multorum exemplorum loco sit, rationem afferam. Accusat Verrem Cicerio in suis libris acerbissime: prætorum vrb. totam ex agitat. obicit ne vnamquam, quod in causa capitali contra leges aliquid commiserit: nunquam certe. neque dubium, quin Verres, si potestatem illam prætor habuisset, multa fuerit inique facturus. Addidit idem Budæus, prætorē vrb. cum quæret, iudicem questionis esse dictum. hoc certe nemo de veteribus loquor: hos enim sequor: vnamquam tradidit: mirorque, cur hoc illi, qui sue sententiæ testem non haberet, placuerit affirmare. sed, ut opinor, error: ex errore fluxit. nam cum prætorē vrb. cum quæret de criminibus, iam sibi persuaserat: quod omnino falsum est: sequi videbatur, ut idem questionis iudex appellari posset. Leges, quibus veneficium vindicaretur, Romæ per annos multos nullæ fuerunt. anno demum vrbis conditæ c. n. x. 1. 1, C. Valerio Flacco M. Claudio Marcello c. o. s. s. de veneficio esse quæstum, legemque latam, Livius lib. 1. 1. 1. scriptū reliquit. Cornelia postea fuit, L. Sylla: quam, bello civili confecto, dicitur tulit, cum vni omnia teneret. de quo scriptum est in oratione pro Cluentio. Huius autem legis poena capitalis non ad veneficos tantum, sed ad eos etiam pertinuit, qui magis incantationibus homines occidissent, aut qui mala medicamenta publice vendidissent. omnēque profectus, ne me excepto, viri, mulieres, liberi, servi, hac lege in iudicio vocabantur. Permissum autem esse reo, ut ex illius voluntate, clam, aut

palam, à iudicibus sententiæ ferrentur, ex ea, qua de proxime meminimus, oratione cognoscitur. eademque lege de corruptis iudicibus quæstum, eadem declarat oratio. Secuta est colularis Iulia, C. Cæsaris. nec tamen deinde ex lege Iulia, sed ex Cornelia, quancūq; viciis fuerit, iudicia sunt administrata: puto, quia non semper posterior lex priorem comprehendebat, sed interdum aliquid tantum addebat: ut vniuersa pene iudicij ratio à priore lege penderet. propterea Cornelia potius, quàm Iulia, posteriores iuristiconsulti nominarunt. Ex libro nostro de legibus Romanis.

V. x. r. s. quibusdam nationibus sua cuique propria vestis est: ut Parthis sarabara, Gallis linæ, Germanis rhenones. Hispanis striges, Sardis masticæ. Sarabara sunt fluxæ ac sinuosa vestimenta: de quibus legitur in Daniele: Et sarabara eorum non sunt immutata. & Publius: Ut quid ergo in ventre tuo Parthi sarabara suspenderunt. Apud quosdam autem sarabara nuncupantur capiti quædam tegmina, qualia videmus in capite magorum picta. Linæ sagra quadra & mollia sunt: de quibus Plautus: Linæ coepta est rextina Gallia. Rhenones sunt velamina humerorum, & pectoris vsque ad vmbilicum, atque intorsis villis adeo hispida, ut imbres respiciant: quas vulgo reptos vocant, eo quod longiorum villorum quasi reptat: de quibus Sallustius: Germani inter ceteros rhenonibus corpus tegunt. Dicti autem rhenones à Rheno Germaniæ flumine, ubi his frequenter videntur. Masticæ vestis Germanica ex pellibus ferarum: de qua Cicero pro Scauro: Quem purpura regalis non commouit, cum Sardonum masticæ mutavit. Masticæ autem dicta, quasi monstrosa, eo quod, qui ea induuntur, quasi in ferarum habitum transformantur. Dignoscuntur & gentes ita habite, sicut & lingua discordes. Persæ brachia & crura lineamentis, caput tiara regunt. eminent apicibus fastigiatis Alani horrent & malis texti cum lacerantibus linguis Scoti. sagati sunt Alamani, lineati Indi, gemmati Persæ, fericati Seres, pharetrati Armeni. Nonnullæ etiam gentes non solum in vestibus, sed & in corpore aliqua sibi propria quasi insignia vendicant: ut videmus circos Germanorum, granos & cinnabar Gotthorum, stigmata Britonum. circumcidunt quoque Iudæi præputia: pertundunt Arabes aures: fluunt capitis interitis Geræ: nitent Albani albenibus crinibus: Mauros habet tæta non corpus, Gallos candida curis: sine equis incerte extant Alani. Isidorus de etymologiis.

V. 1. e. duplex fuit, publica, & priuata. publica definitur, ea, quæ armis, priuata, quæ sine armis infertur. priuatis enim hominibus armorum vsu tum in urbe, tum in agro lege Iulia interdictum, nisi si haberent ea venationis, itineris, nauigationisve causa, legitimis in Martiano, sic ad L. Iuliam de vi publica. idque renouatum à Iustiniano, scilicet ipse in libro nouellarum constitit. tit. 1. 1. 1. 1. sed hoc ante legem Iuliam, & ante Magni Pompeij edictum, de quo legimus in Plinio naturalis historix lib. x. v. 1, qui venit in tumultu necis Clodiani villum in urbe telum esse, primis temporibus insitum, obseruatumque non dubito. ideo enim, Seruio regnante, populum Romanum ad cenatuaria comitia in campum extra urbem conuenisse, quia in urbe vsus armorum interdicere non potuit deinde licentia: quam nouis legibus & edictis reprimi necesse est. Publica vis vel contra rempub. & magistratus, vel contra priuatos fectur. contra rempub. & magistratus capitalis erat: semper contra priuatos, non item, sed tantummodo cum crepta vita esset. de publica prætor cognoscebat: de priuata iudices dabat. nec tamen semper de publica cognouit. nam existunt controversiæ quædam vi, quæ consistunt in iure ciuili, ut ea pro Cæcina: in qua non prætor, sed recuperatores, qui erant iudices à prætore dati, iudicauit. ergo de publica vi modo prætor, cui ea quæstio obtingit, (is autem nec vrb. nec peregrinus erat, sed vñs de reliquis sex) modo iudices à prætore dati cognoscebant. dabat autem eos vel vrb. prætor, si causa esset in iure ciuili, & ageretur inter ciues, ut ea pro Cæcina; vel peregrinus, si ageretur inter peregrinos; vel vñs de reliquis sex, si cognitio non à iure ciuili penderet. de priuata vero nunquam prætor, semper iudices à prætore dati cognoscebant. prætor autem vel peregrinus, si res esset inter peregrinos; vel vrb. si ciuili ciuem in iudicio vocaret, & in iure ciuili posita causa esset: vel vno de reliquis, si de iure ciuili nulla esset consideratio. Leges de vi fere Pluria, tribunicia, consulares autem Lucania, Pompeia, Julia, Antonia. Pluria, de vi publica priuatis ciuibz illata, Catilinam ab L. Paulo, M. Lepido, qui 11. vir postea fuit, fratre, accusatum, in Sallustio legimus; Clodium à Milone in oratione pro Milone; M. Tullium à C. Sempronio Rufo, in epistola M. Cælii, quæ omnes causæ, non dubito, quin capitales fuerint; cum, Catilinam & Clodium minime leuibus flagitijs affines fuisse, constet; causam autem, qua in iudicio Tullius esset vocatus, extraordinariam Cælius appellat. hanc legem tulit, opinor, M. Plautius Siluanus tribunus pl. Cn. Pompeio Strabone L. Porcio Carone c. o. s. s. is, qui legem iudiciariam tulit. Lucaniam, de vi reip. illata Qu. Lutatio Catulus consul, M. Aemilius Lepidus collega, in tumultu reip. tulit: quæ festis etiam diebus iudicium de vi iubeat exerceri, ut ex proemio patet orationis pro M. Cælio. eaque damnati sunt, qui de Catilina sociis in urbe remanserant. vnde illud in oratione pro Sylia: Scueritatem iudiciorum, quæ per hos menses in homines audacissimos facta est, lenitate ac misericordia mitigare. quod exponitur in ea pro Cælio his verbis. De vi queritis, quæ lex ad imperium, ad maiestatem, ad statum patriæ, ad salutem omnium pertinet: quam legem Qu. Catulus, armata diffensione ciuium, reip. extremis pene temporibus tulit: quæque lex, sedata illa flamma consilatus mei, fumantes reliquias coniurationis extinxit. Pompeiam tulit Cn. Pompeius Magnus 11. consul, post occisum P. Clodium. hæc & poenam grauio- rem, quam reliquæ de vi superiores leges, & formam iudiciorum breuiorem continebat. iubeat enim, ut prius, quàm causa ageretur, citati testes per triduum adirentur: dicta eorum iudices cognoscant: quarta die adesse omnes in diem postea iubeantur, & coram accusatore ac reo pila, in quibus nomina iudicum inscripta essent, exarantur: iussus postea die à quæstore sortito iudicium fieret vñs & 11. x. x. x. qui numerus cum forte obtingit, ipsi prius reusque pigneturum ad dicendum duas accusator horas, tres reus haberet, restum egdem die illo iudicaturus prius autem quàm sententiæ ferrentur, quinos ex singulis ordinibus accu-

12

13

14

15

16

17

18

19

20

12

13

14

15

16

17

18

19

20

12

13

14

15

16

17

18

19

20

12

13

14

15

16

17

18

19

20

12

13

14

15

16


17

18

19

20

8025



Ayuntamiento de Madrid